




00079845










00079845



A GENIO, DIODORE, tuo FACUNDIA lumen  
 Et supera sacrum concepit arce jubar:  
 Ut queat eternis magnorum tradere chartis,  
 Sed monstrante viam PALLADE, gesta ducum,

Nominaque HEROUM, cupidis quos intulit atris  
 HISTORIA, invito TEMPORE, viva ferat.  
 Quo magis eximii tibi debebuntur honores,  
 Quo melior poteris jam, DIODORE, legi.

*Giovanni Battista Tiepolo*





H. A. Quilford fecit.

IS. TIRION Excudit.

D. T. J. J. J.



ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ  
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ  
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

# DIODORI SICULI

BIBLIOTHECAE HISTORICAE

LIBRI QUI SUPERSUNT, 79845  
INTERPRETE

LAURENTIO RHODOMANO.

AD FIDEM MSS. RECENSUIT

PETRUS WESSELIUS,

ATQUE

HENR. STEPHANI, LAUR. RHODOMANI, FULVII URSINI, HENR.  
VALESII, JACOBI PALMERII & SUAS ADNOTATIONES,  
CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS, ADJECIT.

T O M U S I



AMSTELODAMI,

Sumptibus JACOBI WETSTENII

M. D. CCXLVI





NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS ET  
GRAVISSIMIS VIRIS

ISAACO UBING

ET

IOANNI BREYER,

ICTO,

INCLITAE URBS TRAIECTINAE

CUM MAXIME

CONSULIBUS,

NEC NON

SPECTATISSIMIS ET AMPLISSIMIS

EIUSDEM URBS

SENATORIBUS

ACADEMIAE CURATORIBUS

MAGNIFICENTISSIMIS

S. D. P.

PETRUS WESSELINGIUS.



*B*ibliothecae Historicae, quam ad vos defero, testem  
meae observantiae & gratiae voluntatis, auctor  
est Diodorus Siculus, domo Agrinensis, non illo  
quidem veterum numero, qui orationis quadam ma-  
jestate & dulcedine censebantur: Hac parte He-  
rodoto multo est inferior, neque aequat Thucydidis verborum  
granditatem, longeque a jucunda Xenophontei sermonis suavi-  
tate recedit, dictionem, nullis calami stris inusitam nec in ullos  
fractam cincinnos, sed masculam, gravem & historiae conve-  
nientem sectatus. Alia sunt, quibus magis commendatur. Illi  
fin-



## D E D I C A T I O.

*ſingularum, paucarum certe, gentium res geſtas poſteritatis memoriae tradiderunt. Hic omnium fere noſtri orbis nationum, rerum publicarum, regnorumque hitorias, ab ultima memoria repetitas, complexus, ubi certa temporum ſuppeteſcat notitia, immenſo & ſeculis omnibus profuturo labore, ſuos in annos digeſſit, atque egregia heroum & famoſa tyrannorum exempla, quod in rerum cognitione praecipue ſalubre & frugiferum, in illuſtri poſuit monumento, ut haec vitare, illa imitari liceret. Magnum ſemper, neque ſane injuria, habitum eſt, unius populi origines, incrementa, colonias & fata diligentiore ſtilo perſequi: quid de eo arbitramur, cujus admirabili induſtria in unum conducta ſunt, quibus Aegyptiorum, Aethiopum, Scytharum, Aſſyriorum, Perſarum, Graecorum, Romanorum, Poenorum, Gallorum & plerarumque aliarum gentium hitoriae, leges & mores illuſtrantur, & ſtupenda Dei Optimi Maximi, qua mundum univerſum regit & temperat, providentia praedicatur? Tot res, tam varias vel animo poſſe capere, arduum eſt: quid inter ſe componere, & ordine, ut apte cohaereſcant, digerere? Inprobo illi proſecto labore opus fuit, quem ſtudio de mortalium genere praecclare merendi non detrectavit: neque enim ſatis habuit magnam Aſiae Europaeque partem, ut locorum, de quibus ſcripturus erat, ingenium & ſitum obſervaret, & commentarii, in principum civitatumque tabulariis abditi, inſpicerentur, non ſine periculis atque aerumnis, ut fit, obire: excuſſit inſuper curate atque in hujus Bibliothecae forulos conportavit, quidquid praecclare ante ſuam memoriam ingenia per Orientis Occidentisque plagas adminiſtratum libris inferuerant. Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Cteſiam, Agatharchidem, Polybium, quos integros partim, partim miſere truncatos leſtitamus, praeterire poſſum: memorari debent, ut induſtriae documentum exſtet, Anaximenes, Anaxis, Antander, Antiochus, Athanas, Callias, Calliſthenes, Clitarchus, Demophilus Ephori F., Dionyſidorus, Dionyſius Mileſius, Diyllus, Duris, Ephorus, Euemerus; Fabius Picſtor, Hecataeus, Hellanicus, Hermias, Jambulus, Laofthenides, Marſyas Pellaeus, Matris, Menodotus, Pbilinus, Pbiluſtus, Polycletus, Poſidonius, Pſaon, Soſilus, Teleſtes, Theopompus, Timaeus, quorum de rebus geſtis volumina edax temporum injuria nobis invidit: His ille atque alius ducibus ſeriem rerum, per tot opera diſperſam, in ſuam uſque aetatem, hoc eſt, C. Julii Caefaris principatum, deduxit, & Bibliothecam, in XL. libros deſcriptam, triceſimo quam coeperat anno feliciter abſolvit. Atque hic, VIRI AMPLISSIMI, miſerari hominis vicem ſoleo, qui tantum moleſtiae taedioſique laboris, ut*

bo-

## D E D I C A T I O.

bonis omnibus pro virili consuleret, cupide devorarit, nec ab ingrata dicam an barbara posteritate inpetrare potuerit, ut Bibliothecam, publicis ipsorum usus unice dispositam, illibatam atque integram servarent: quam quidem illaetabilem negligentiam etsi plerique veterum merito incusare possint, in primis Diodorus, cujus libros aut socordius pessum ire fecerunt, aut flagitiose & turpiter mutilarunt. Longe illi aliter, qui ab ejus aetate proxime asuerunt: amplexi artissime sunt Bibliothecam & laudarunt inpense. Plinius ejus auctorem inter Graecos nugari desuisse monuit. Justinus Martyr, Julius Africanus, Tertullianus, Eusebius, Hieronymus, Evagrius, Georgius Syncellus, Christianorumque alii, saepius eam in consilium miserunt, aptissimam, sicuti est, opinati ad temporum ordinem ex vero constituendum atque absurdam Aegyptiorum, Phoenicum, Chaldaeorum & Graecorum Theologiam cognoscendam & corvellendam: nec alia post instauratum literarum in Europa cultum eruditioribus mens & sententia. Quotus enim quisque ex omni doctiorum ordine repperitus est, qui hujus auxilium ad prisca aevi res explorandas lucemque obscuris praefereendam neglexerit? Ipsae versiones a Poggio Florentino, Aenea Syrio, Angelo Cospo, Marco Hoppero, Sebastiano Castellione, quantumvis nec eleganter nec fideliter expressae, argumento fuerunt, avide exemplo direptae & jucundissime lectae. De Graecis, genuino Diodori sermone, quid multa? Vincentius Opsopoeus, in his literis haud negligenter versatus, exigua parte divulgata, tantam omnibus sitim movit, ut absentium desiderium aegerrime ferrent; quod Henricus quidem Stephanus & L. Rhodomanus, viri praeclari, proditis in publicum Bibliothecae hujus libris, quotquot e tenebris erui poterunt, & Graeco & Latino sermone luculenter, leniter, neque explerunt tamen. Dolebant harum deliciarum amatores haud pauca ab utroque pro derelictis habita, neque eam scriptori adhibitam esse medicinam, quam dudum desiderarat. Crevit deinde incensumque ex raritate exemplarium est Bibliothecae pretium: pauci in suis eam numerare poterant; ravior erat, qui toto centum annorum intervallo huic incommodo ipsique Diodoro mederi vellet. Fuit sane unus item & alter, qui laudabili consilio in hanc curam ingressus est; quorum industriam cum aut intempestiva mors, aut alii casus interpellarint, visum mihi est, AMPLISSIMI PROCERES, vires periclitari, & novam Bibliothecae Diodori editionem hinc suscipere atque a publico munere vacuis adornare. Qua ego in re genio meo, honestum in literis otium & oblectationem quaerenti, obsecutus sum, haud alienum etiam a persona, quam mihi honorificentissime inposui.

## D E D I C A T I O.

*fuiſtis, nec vobis ingratum fore arbitratus, ſi deceſſorum colle-  
garumque exemplo in id ſedulo incumbere, ne quid de ſplendo-  
re & veſtrae Academiae decore mea ignavia deteri paterer.  
Pulcre quidem memineram, non eas ingenii mei dotes eſſe, ne-  
que iſtum eruditionis adparatum, quibus illi aeternam ſibi &  
Lyceo veſtro nominis famam conciliarunt; nec ita tamen mihi  
notus eram, ut de operis ſucceſſu deſperare deberem: Volui  
certe vobis diligentiam probare animumque de literis & ſtudio-  
ſa juventute bene merendi cupidiffimum. Cujus argumentum ſi  
hanc Diodori Bibliothecam, vobis inſcriptam & ob cauſas mi-  
nime leves conſecratam, VIRI NOBILISSIMI, acceperitis, lae-  
tabor vehementer. Quidquid operae in eam inpenſum fuit, ve-  
ſtris ſub auſpiciis militatum eſt: vos mihi liberale otium, cujus  
aeque reddi oportere rationem quam negotii, vetus eſt doctrina,  
feciftis: vobis honores & comoda debeo, in me partim collata,  
deſtinata partim. Quorum omnium nomine niſi publicum hoc &  
perpetuum grati animi monumentum erigerem, videri fortaſſe  
poſſem ingratus, qualem me nemo novit. Officioſe, uti bonum  
civem decet, vos omnes colui: ſingularem, quam rei publicae  
& literariae inſumitis, curam veneratus ſum, praedicoque ſem-  
per. Quis enim non celebret providentiam, qua in tanta tem-  
porum difficultate, atrocis belli formidine circumſtrepente, pro  
ſalute civitatis, incolarum incrementis & libertatis noſtrae ac  
religionis Palladio vigilantiffime excubatis? Auferunt ſane ca-  
lamitoſiſſima tempora, & ſibi vindicant praecipuam veſtrae  
ſollicitudinis partem, nec patimini tamen vos ita abſtrahi, ut  
Academiae, egregii veſtrae civitatis ornamenti, dignitatem &  
amplitudinem poſtponatis. Imo vero quidquid in uſus ſtudioſae  
juventutis, publicumque literarum bonum recte ſuſcipitur, li-  
bentiſſime amplecti & probare ſoletis: quo minus ego vereri  
debeo, ne hic meae induſtriae fructus parum apud vos valitu-  
rus ſit. Pergite VIRI PRUDENTISSIMI, MAECENATES OPTI-  
MI, rem publicam & literariam ex ſententia gerere, atque  
omni rerum optandarum genere cumulati valete diutiſſime. Tra-  
jecti veſtrae A. d. x. Kal. Auguſti CIO IO CC XLV.*

LECTO-

# LECTORI AEUO

S. D.

## PETRUS WESSELIŒIUS.



Ovam Bibliothecae Diodori Siculi editionem nostra memoria instruerè viri praecleari JOSEPH. WASSE & FRANC. DIONYSIUS CAMUSATUS fuerunt ingressi, quorum laudabiles conatus, sicuti & acutissimi (a) TERRASSONI, aut mors aut alii casus disturbanunt. Suscepi & ego eam cogitationem ante hos novem annos, & sponte mea, & J. WETSTENIO GUILIELMOQUE SMITHO, bibliopolis nobilissimis, impulsoribus: quem quidem inpetum nonnihil operis amplitudo & vitia, quibus illud oblitum saepe, ante animadverteram, sufflamminabant; nec abjeci tamen consilium, re ipsa edoctus, difficillima quaevis tractando leviora fieri, και μέλιτα μὲν, ut noster aiebat, τῆ' πρὸς τὴν πραγματείαν ἐπιθυμία, δι' ἣν πᾶσι ἀνθρώποις τὸ δοκεῖν ἀποδοῖν εἶναι τυγχάνει συστασίας. Sole cura restabat, ut subsidia scriptorum conquirentur codicum, sine quibus in recentandis veterum commentariis nihil magnopere posse praestari, pulcre memineram. Verto me ad virum celeberrimum JAC. TH. D'ORVILLIUM, longo mihi usu conjunctum, quem suo sibi aere redemisse, quae FR. DION. CAMUSATUS ex manu scriptis in Gallia schedis excerpserat, saepius inaudieram. Non negat pro sua in me benivolentia & literas juvandi studio vir egregius ea omnia: hoc amplius, operam in illis etiam explorandis offert, quae alibi locorum laterent, & cumulate praestit, quae uti gratissima mihi accidit, ita WETSTENIUS mire placuit, cum nec inpenis nec labori parceret, ut omnia inpetrarentur, quibus opus esse opinaret. Ita nactus ex Italia, Gallia & Germania conplura sum, quorum auxilio Diodorus melior & nitidior provulgari posse videbatur. Ne vero nescias, quo loco censendi sint isti codices, atque unde venerint, operae erit per saturam eorum notitiam aperire. Ordinat cum illis, quos aut FR. D. CAMUSATUS per se cum editis comparavit, aut aliorum opera collatos adeptus fuit Adscripserat vir diligentissimus orae Diodori sui discrepantes scripturas ex Coisliniane & Claromontanis manu exaratis libris. Quorum quidem Coislinianus seculi xv., ut B. MONTEAUCONIUS nos (b) docuit, complectitur priores quinque Diodori libros & xi. xii. xiii. xiv. xv., omnium, quos ille vidit, optimis. Claromontanus, quem priorem adpellavi, habet quinque priores, totidem posterior. Ille praestit bonitate & antiquitate, circa seculi xii. finem, ut perhibent, scriptus, estque idem, quo usus est HENR. STEPHANUS in procuranda Βιβλιοθήκης hujus ἱστορίας editione, variis propterea notis & additionibus instructus; hic recens admodum est, Bartholomaei manu sub seculum xv. (c) exaratus, priori in plerisque consentaneus, ut res ipsa ostendit, neque CAMUSATUS admonere neglexit. Alleverat praeterea & margini inscripserat ex Claromontano alio, in quo xi. xii. xiii. xiv. xv., & Regio, qui bis millesimus quingentesimus trigessimus octavus in bibliotheca Christianissimi Galliarum regis numeratur, & sequentes quinque, sive postremos ejus decadis, lecturo offert, omnia; quae cum editis dissentiant: cujus autem illi aetatis sint, dicere non habeo. Praeter quos beneficium viri excellentis L. ANT. MURATORI fuerat adeptus excerpta ex Mutinensi scripto, nupero quidem, quippe a Michaele Apostolio in Creta, ad famem, uti ipsemet questus est, arcendam descriptus, sed ex antiquo & notae optima libro: neque defuit illi celeberrimi P. BURMANNI benivolentia, cui debuit nonnullas Jos. SCALIGERI & Is. VOSSII conjecturas, utriusque libro, quem Leidenfis bibliotheca servat, adpositas; accepit ab eodem accurata eruditi viri, quem ex chirographo Is. CASAUBONUM arbitrantur, manu transcriptas lectiones, quibus Basileensis ἐκδόσις liber xviii. & xix. a veteri codice discrepabat, indidem depromtas, atque ea de causa Leidenfis nomine

(a) J. Alb. Fabricii Bibl. Gr. L. v, 38. p. 465. (b) Biblioth. Coislin. p. 213, 218. (c) Montfaucon Palaeogr. Gr. L. 1, 81

PETRI WESSELINGII

a me designatas. Puto & hinc venisse epitomen, quam manu scriptam versavi, de Assyriorum, Medorum, Persarumque rebus, a Georgio Gemisto ex secundo Diodori libro contractam: namque eam inter Lugdunenses gazas reconditam esse, constat abunde. Atque haec fuisse, quae FR. DION. CAMUSATUS diligenter conduxerat, ad Diodorum nitidior cultu exornandum. Addiderat & libri sui orac adnotationes, sed raras nec magnum admodum momenti, suis tamen locis memoratas, quibus an plura congesserit, ut venditatum saepius non sine quadam iactatione opus abolveret, an conturbatis ejus rebus perierint, affirmare non possum: ad clarissimum certe JAC. PH. D'ORVILLEM nihil horum pervenisse, liquido cognovi. Sed cetera persequamur, Christianissimi Galliarum regis bibliotheca auxilium, quod prolixè praestare poterat, non recusavit. Habet praeter eum, de quo superius meminimus, unum, cui priores libri v. adsunt, alium, in quo undecimus & sequentes quatuor, tertium eisdem complexum & XVI. cum septimo decimo, quartum denique, cujus paginis consignati sunt quinque postremi. Primus numerum MMLXII. praefertens, & quartus, quem LXI. supra bis millesimum numerant, eodem chirographo, sed recenti & indocto descriptus, minime malus est, fideli ex exemplo excerptus: secundus, cui nota MMDCXXXIX. inponitur, seculi XV. aetatem non superat, olim Augustini Cardinalis Trivulzii, tertius, signatus indice MMLX., in fronte & calce haec ostentat, κτῆμα Ἀντωνίου τῷ Ἐπαρχῆς, ὃ δίδωται εἰς σημεῖον εὐχαριστίας τῷ κραταίῳ βασιλεῖ Κελτῶν, τῷ ἐπιφανοῦς ἀπὸ Φραγκλοῦ: quibus deinde adpingitur, an Sophiani manu? Sic foret medio seculo XVI., quo Michael Sophianus vixit, exaratus. Sed quid si Antonius ipse scriba fuerit, quo officio in insula Corcyra saepe functum fuisse eadem Sophiani aetate, clarissime (d) adparet? Utcunque id fuerit, neque enim magni ea res momenti est, conferendorum eorum laborem in se humanissime suscepit doctissimus DEXLA BARRE, & dextre absolvit. Itali, quorum literariae copiae in laude versantur, nobis haud minus fauerunt. Vaticanum CXXX., ante hos sexcentos annos in charta Pergamena scriptum, & docta Britannii manu enotatum ad quinque priores libros adhibui, cui & alii opportunissime accesserunt. Nam cum sedulo perquirerem, eequa via ad hiatum, quibus Diodorei quidam libri dissociantur, explendos inveniri, atque utrum deperditorum aliquid e latebris posset crui, benivole succurrit vir longe nobilissimus PH. MARIA MONTI, nuper admodum eminentissimo E. R. Cardinalis collegio adscriptus: huic debeo & eruditissimi JOSEPH. SIMON. ASSEMANI promptissimae curae partem excerptorum ex codice quingentorum ferme annorum bombycino, librum primum & quatuor infecutos continente: accepta etiam refero, quae ex schedis ante hos trecentos annos deperperatis, ad libros XI. XII. XIII. XIV. XV., & ex aliis, ejusdem vetustatis, ad postremos quinque illustrandos admovi: ne nunc memorem de fragmentis, & nobili eo, quod H. STEPHANUS incerto scriptori inter Polemonis & Himerii reliquias attribuerat. Pergo Venetias, unde provida doctissimi Abbatis BLASII CARYOPHILI cura inpetravi & ex Bibliotheca quidem Divi Marci collationes, uti vocant, decadis ultimae ex membranarum, antiqua manu quinque priores ejus, de quo dixi, corporis libros repraesentantibus, reliquas ex schedis paullo magis novitiis, ex tabulariis vero monasterii Dominicanorum S. Joannis & Pauli, quae primos Bibliothecae quinque libros juvare poterunt; qui quidem codex nuperus est, seculo XV. (e) a Caesare Stratego exaratus. Conferendi molestiam subiit homo Graecus, neque is absurdus. Quam operam Florentiae ultro in se susceperat clarissimus A. COCCHIUS, misso luculento specimine ex veterrimis membranarum, integerrime emendateque scriptis, additaque ceterarum, in Medicea bibliotheca superstitum, descriptione: quarum tamen usura, quia spissum & bibliopolae damnolum videbatur negotium, frui non licuit. Id satis animadverti, in plerisque eas cum Claromontanis amice consentire. En jambos, non elegantes sane, sed ne preant, quos amanuensis L. 1. 2. p. 5., ubi πρεβὶ τῆς ἐν ἔδῳ μυθολογίας, adscripserat.

Ἐλλῶν σίβας ὃν Διδώσθαι τυγχάνου,  
Φάσκουσ ἐν ἔδῳ μυθικός εἶναι δίνας.

Nº

(d) Vid. Montfauc. Palaeograph. Graec. p. 82. 90. 95. (e) Vid. eundem Diar. Ital. p. 48. & Palaeogr. Graec. p. 82.

## P R A E F A T I O.

Νῦν δ' εἰ μὴταὺς ἀλλ' ἀληθεῖς τυγχάνουσιν  
Παίσι διδάσκειν καὶ τοῖσι οἷς καὶ λίγισιν.

Didici quoque iisdem lacunis schedas, quae x. ultimos libros habent, esse foedatas, quibus editi. Itaque iactura ista, si eo nomine adpellare velis, ferri utcumque debuit. Aegrius desiderium ejus libri tuli, quem optimae notae in bibliotheca monasterii S. Joannis de Carbonaria apud Neapolitanos custodiri acceperam. Monachi, ex Augustinianorum familia, per amicos interrogati, fuisse sibi olim volumen Bibliothecae Diodori, in libros XL. descriptae, nuper vero Vindobonam in augustam Imp. CAROLI VI. bibliothecam illatum, adfirmarunt: ad quem nuncium non disiteor haud vulgarem laetitiam mihi & spernā de libris amissis fuisse subnatam; quae ubi omnia examina & MONTFAUCONII, a quo liber (f) inspectus erat, silentium, brevi diminuta vehementer est, nec exstincta tamen. Ad generosum & in tanto fastigio literarum amantem Comitem UHLEFELDIIUM, tum CAROLI VI., Germanorum Imp. Aug., ad Belgarum rempublicam legatum, adeo: in petro codicis delineationem, primos v. libros duntaxat complexi, & excerpta pauca, manu egregii viri NIC. GARRELLII descripta: additur ex Augustissimi Caesaris mandato spes amplior; quae Illustrissimo Comite hinc Constantinopolim profecto, mortuo non multo post bibliothecae praefecto, ipsoque Imperatore, maximo universae Germaniae interritamento, e vivis erepto, plane decolavit, quod equidem dolui vehementer. Codex omnium est optimus & antiquissimus, seculi octavi aut ix., si docti Vindobonenses non fallunt, nam MONTFAUCONII aliam esse sententiam bene memini, inscriptis membranis, quas JANUS PARRHASIUS Cardinali Scipiano legaverat, is coenobio S. Joannis, de quo supra. Haec de libris manu scriptis. Primus omnium VINCENTIUS OPSOPOEUS quinque ultimos, ut nunc dicere cogimur, libros, a JANO PANNONIO, Quinquecelesiensis in Hungaria praefule, ab interitu vindicatos, secum vero ab eruditissimo viro JO. ALEX. BRASSICANO communicatos, Basileae anno Aerae vulgaris MDCCCXXXIX. Graece publicavit, non illos quidem emendatissimos, variis tamen locis meliores illis editionibus, quae cultissimae sunt habitae. Libros quinque priores & undecimum cum proximis quatuor, recentatosque quos OPSOPOEUS dederat, bibliopolarum solertissimo HENRICO STEPHANO debemus, luculenter Parisiis MDCLXX. proditos. Sumisit eos vir longe doctissimus ex Mss. Claromontanis, non optimis utique, haud neglectis tamen, quod mihi clarissimum in modum adparuit, ahis, quos inter an & Uldrici Fuggeri, cui suam *ἐκδοσιν* inscripsit, liber fuerit manu exaratus, sicuti memoratum video a Celeb. (g) JO. ALB. FABRICIO, dicere non possum. Adnotationes addidit STEPHANUS, sed festinato, ut saepe indicavit, deperperatas; quo minus mitior relicta plura esse, quae per amplius otium elui ab eo facillime potuerant. Vulgavit deinde, sed ignarus Diodori esse, illustre fragmentum de Cleonide & Aristomene inter Polemonis & Himerii declamationes MDCLXXVII. eadem in urbe: nec multo post FULVII URSINI opera Antwerpiae ex officina Christoph. Plantini anno LXXXII. Eclogae Legationum, ex Diodori Bibliotheca haustae, prodierunt. Dedit alias DAVID HOESCHELIUS, sequentis seculi principio Augustae Vindelicorum, librorum XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. ex codice LUDOVICI ALEMANI Florentini a Doctissimo R. Thompson Britanno exscriptas, sed mire (h) vitiosas: ad quae vitia eradicanda bene faciunt scholia, quae, Hoescheliani in Rhodomaniani fuerint, in dubio sui. Leguntur in Hoescheliani Legationum Eclogis, nullo, sintne ipsius an alterius, indicio addito; L. RHODOMANUS repetitis vicibus tibi tribuit: neque sane, quod serius animadverti, injuria: scribit enim eodem, quo Eclogae lucem viderunt anno MDCCII. Gothofredo Jungermano D. HOESCHELIUS, „ de locis in „ Longino (i) suspectis dominum Rhodomanum suaserim consulas, quem habes vicium, „ num, qui suam mihi ἀρχήναις εἰς εὐτοχίας probavit in libro περιβλήναις πῆγες: quod constat, „ bit, cum notas edidero, nunc enim textus, quem vocant, in pressus est modo“. Relinquantur ergo, uti aequum est, L. RHODOMANO; qui proximo anno, quarto supra mille-

(f) *Dir.* Italic. Cap. 21. p. 310. (g) *Biblioth. Graec.* L. III. 31. (h) *Vid. Syllog. Epistol. F. Burmani* T. 11. p. 354. (i) *In Epist. Hotomanorum Melii* p. 455.

## P E T R I W E S S E L I N G I I

millesimum & 100. omnia Diodori, exceptis, incertum qua de causa, Legationum Eëlogis F. URSINI, Graece & Latine Hanoviae publicavit, adstruxitque ea, quae Photius olim in *μυθολογία* suam addiderat. Qua opera uti eximie de re literaria meritis est, ita dolendum maxime, nullum illi aliud fuisse exemplum praeter editum H. STEPHANI, quod in consiliis, occurrentibus frequenter dubiis mendosisque locis, mittere poterit. Atque haec postrema Diodori Siculi *ἑξάδοξος*, cujus egregia accessio meritissimo censetur, quam post triginta annos Lutetiae Parisiorum vir multae eruditionis & iudicii HENRICUS VALESIIUS, missis in publicum pluribus Diodori de virtutibus & vitiis fragmentis, fecit. Satis de Graecis. Latinam versionem primus adornare instituit POGGIUS BRACCIOLINUS, absolutosque quinque libros, sed inperite in VI. divulsos, nec fideliter expressos, summo literarum patrono & vindici praecipuo, Nicolao V. Pontifici obtulit. Non me fugit hanc gloriam Poggio auferre doctos e Britannia viros conatos fuisse, (k) BRIAN. TWYNUM, (l) BURTONUM atque alios: quin VINCENTIUM OPSOPEUM sua in praefatione scripsisse: „ quorum (quinque librorum) versio meo quidem „ iudicio Poggio non recte adscribitur: neque enim verisimile est, adeo spurciloquum „ & virulentum sycophantam & vitiligatorum quicumque Graecitatis calluisse, qui ne „ Latinam quidem linguam, cujus sibi videbatur esse peritissimus, recte calluit. Sed ea, ut sedulo dicam, nimia sunt. Fuerit maledicus rabula, obscenus spurcusque Poggius, propterea Diodori versione abstinere debuit, quem constat Xenophontis & Luciani (m) nonnulla Latine dedisse? Twynus & Burtonus Jo. PHREAE, docto ejusdem fere aetatis viro, Balliolensique collegii socio, versionem asserunt, causamque habent ex vetere versionis ejus exemplari, cui recentior manus adscripsit: „ Paullus propter „ translationem sibi dedicatam Phream episcopatu Badoniae donaverat, quem cum „ accepisset, supervixit mensem unum & obiit Romae, nondum consecratus“. Adjungit (n) ANT. WOOD, unde ea sumta sunt, *initium codicis eodem chirographo esse; „ Epistola ad D. Papam Paulum de sex libris Diodori Siculi fabulando more gentilium: tum; „ Nullus antea quantumvis praeclarus rerum scriptor fuit, sanctissimae pater &c.; quae quidem verba praefationem ordiuntur*, & quae Poggius Nicolao V. sua consecravit. At rectissime vir eruditus istis nihil admodum tribuit nec fidit. Certum enim est, Diodorum Latino sermone verti coepum esse Pontifice Nicolao V., cujus rei testem fero (p) MANGETUM, luculentum vitae ejus praefatus scriptorem, & vetustas schedas Mediceae bibliothecae, versionem isti Papae inscribentes. Addere postem, JOVIUM pluresque alios, sed vide ipsam dedicationem, quae Nicolao V., in literas doctosque omnes propensissimum, indolem ita signat, ut frustra alium, cui conveniat, quaeras. Et credemus, Jo. PHREAM, honestum virum, sibi paucis post annis tribuere alterius opus, atque eo Paulli II. favorem colligere potuisse? Nihil profecto aut insulsius aut furacius, cum redargui posset facillime, quorum utrumque ab ejus ingenio alienum perhibent, suscipi poterat. Ne memorem, versionis auctorem ejusdem Pontificis hortatu Xenophontem de Cyri vita Latinis tradidisse legendum, quem Poggii esse laborem, confessores est: adjuge saltem, non ista Diodori, sed Synesii de laude calvitii versione Jo. Phream amicitiam & patrocinium Paulli II. sibi parasse. Plura, quae descendendo Poggio Jo. BAPT. RECANATUS atque in Italia (p) alii erudite conduxerunt, praetereo. Sequentes libri XI. XII. XIII. XIV. a quo Latina veste sint induiti in ambiguo est. Incertum atque ignotum editores Basileenses, liberiusque & majore sententiarum copia, quod verisimum, delectatum esse, admonent. Ego vero hanc operam prima juventute Aeneam Sylvium subivisse ex literis doctissimi ANT. COCCII edoctus sum: huic certe schedae Florentinae licentiores & uberiorem istam versionem contribuunt. Quintum decimum convertit MARCUS HOPPERUS, domo Basileensis, XVI. & XVI. ANGELUS, sive BARTHOLOMAEUS, uti ab aliis vocatur, COSPUS, Bononiensis, ex nobili fortasse

Co-

(k) Antiquit. Acad. Oxon. L. III. p. 371. (l) Hist. Ling. Gr. p. 55. (m) Jo. Bapt. Recanatus Vit. Poggii Cap. XI. (n) Hist. Univers. Oxon. L. II. p. 76. (p) Vid. Muratorii Script. Ital. T. III. part. 1. p. 217. (p) Giorn. de Letter. Tom. IX. p. 174. & 454.



## P R A E F A T I O.

Cospianorum gente, qua de saepius (y) CAES. MALVASIA: tres ultimos, duodevicesimum, undevicesimum & xx. SEBASTIANUS CASTELLIO, vir in his literis non obscuri nominis. Non me quidem fugit ANDRAEAE DUDITHIO Latinam eorum librorum interpretationem (r) ab ANT. TEISSERIO adscribi; neque ignoro; ad eam curant impulsum esse a PAULO (s) MANUTIO: sed intra propositum hunc Dudithii conatum stetit, opinor; neque enim alius est, quod quidem recordor, qui de versione ea memorarit, & QUIRINUS (t) REUTERUS, quo ille teste utitur, tres postremos Diodori libros And. Dudithium interpretari coepisse, non cum publico communicasse, tradidit. Ut ut est, istas diversorum interpretum versiones, ad Graecum exemplum diligentius examinatas, raras eruditionis & pietatis Theologus Jo. JAC. GRYNÆUS Basileae anno 1708. recitavit. Quorum quidem omnium gloria paucis post annis paene obliteravit LAURENTIUS RHODOMANUS, tenui loco (v) Saxowerfiae, qui frequens Hohnsteinicae ditionis in Stolbergenfi Comitatu pagus, editus. Paraverat sibi vir elegantis ingenii & Graecis carminibus, (x) quo genere praeter ceteros excellebat, & verso in Latinum sermonem Memnone & Agatharchide magnam nominis famam. HENR. STEPHANUS, probato eo specimine, virum erigit atque expugnat, ut Diodori omnia suo Marte vertat & Latinitate donet sub finem seculi xvi. Addunt viri eruditionis laude praecleari Jos. SCALIGER, D. CHYTRAEUS, Jo. CASELIUS, atque alii, quos in praefatione recenset, calcat: quorum stimulis magis excitatus absolutum opus Hanoviae, ut ante dixi, sub principium seculi superioris publicavit, laudemque haud mali interpretis abstulit. Memini nonnulla ejus acerbius peregrinitatis fuisse accusata, alia subinde aliis displicuisse: qui si vires in eo genere periclitari voluissent, fortasse & eos offendissent, qui nihil rectum putant, nisi quod ipsi fecerint. Ad Diodorum venio, cujus vitam, ingenii habitum, singularemque industriam non attingam: satis omnibus facere possunt H. STEPHANI diatribe de Diodoro ejusque scriptis, Jo. JAC. GRYNÆI & L. RHODOMANI Praefationes, quas integras post pauca videbis. Neque moror accusationum & calumniarum tela, a LUD. VIVE & Jo. BODINO in Diodorum stricta, quod illa iidem doctissimi viri & eruditionis gloria haud minor (y) GER. Jo. VOSSIUS & (z) DEGOR. WHEAR egregie retuderint. Habet Diodorus suos naevos, quibus nec alii immunes: nam quis veterum aut recentiorum *erratos* in tanta rerum & copia & varietate, perseveravit profusus? Ego ubi acquirissimum istud Flacci accinco,

Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis

Offendar maculis, quas aut incuria fudit,

Aut humana parum cavit natura,

de amissis libris nonnihil interponam. Desideramus ex vasto xl. voluminum opere libros plures, eos praesertim, qui inter v. & xi. erant interjecti. „ Nam illi omnem vestigium memoriae, ut verissime Ill. SCALIGER in (a) quadam ad RHODOMANUM „ epistola, Assyriorum, Chaldaeorum, Phoenicum, & aliarum nationum complectebantur: quarum rerum cognitio magnam sacrorum Bibliorum originibus facem allucebat. De quibus omnibus nihil nobis praeter desiderium superest. „ Dolemus etiam earum rerum defectum, quarum interitum lacunae L. xvi. & xvi. designant. Studium sane quam diligens, ut, ubi ubi membranae, unde ea sacri possent, laterent, ex forulis eruerentur, non defuit: sed perdita opera est. Quae quidem res facit, ut haud injusta sit suspicio, omnes, quarum partis Europae e locis indicium mihi factum est, ex unis schedis fuisse propagatas, laceris certe. De reliquis libris, qui xx. sequebantur, quid multa? Eclogae Photii, Ursini, Hoeschelii & Valefii tale eorum desiderium incusserunt, quod fortasse nunquam lenietur. Non me quidem later, H. STEPHANUM audivisse ex BAYFIO totos xl. Diodori libros sua aetate in Sicilia vitos; scripsisse quon-

CON.

(y) Marmor. Felsin. sect. II. Cap. Unic. p. 49. & p. 365. 516. (r) Elog. des hommes Savans T. IV. p. 42. (s) Epistol. L. IV. p. 229. (t) Andr. Dudithii vit. p. 13. (v) Car. Hen. Langius Commentar. de vita Rhodomani Cap. I. (x) Vid. eundem Clar. virum Cap. 2. & Georg. Lizellium Hist. Poet. Graec. German. p. 145. (y) De Histor. Graec. L. II. 2. (z) Method. Legend. Histor. sect. vii. p. 37. (a) Epist. L. IV. Ep. 401.

## PETRI WESSELINGII PRAEFATIO.

(b) **CON:GESNERUM**, eos, qui quintum excipiunt usque ad decimum in Sicilia affervari, addidisseque **JOS. SIMLERUM**, quinque istos apud Cardinalem S. Crucis Romae & **Augustae Vindelicorum** penes Jo. Jac. Fuggerum haerere; vano rumore & ad **LAZ. BAYFIUM** allato, seu quod membranarum XL. librorum numerus, quae & errandi causa monachis Neapolitanis, de quibus supra, fuerit inpositus, sive quod ea in insula professus olim fuerit (c) **CONSTANTINUS LASCARIS**, se omnes Diodori libros in bibliotheca Imp. Constantinopolitani oculis usurpasse. Nihil quidem certe post tot evolutos annos, omnibus tabulariis tanta sedulitate excussis, de voluminibus istis innotuit, ut metus haud injustus, ne perpetuo illis carere debeamus, perennet. Sed male ominari nolo. Exponam potius, quam rationem de nova Diodori editione curanda inierim. Retinui omnia, quae **H. STEPHANUS** & **L. RHODOMANUS** ex Diodoreis cum publico communicarant, quibus, uti oportebat, Excerpta, ab **URSINO** & **VALESIO** in lucem prodita, adstruxi, fragmentaque hinc & inde a me conquisita: in quae si additum unum atque alterum censueris, quod alii Diodoro debeatur, studium excusabis; malui in hanc partem peccare quam negligens videri. De Graeca oratione si roges? Non diffitebor, plura me mutasse, nec omnia tamen, quae fortasse fas fuerat. Secutus sum scriptorum codicum auctoritatem, & quod illi proscribent, damnandum judicavi; conjecturis rarius, nec nisi in manifesto pravis & momenti levioris, locum indulxi. Ante quidem pulcre meditatus eram, temerarium hoc atque audacium vitium iri. Sed quid facerem quae? Projiceremne gazas, tanto studio, totque impensis undique conductas & arcessitas, negligerem, ut factum nonnunquam animadverti, in publicum? Ego vero semper amavi patrem familias, qui munditiarum studiosus suppellectile recte & eleganter utitur. **H. STEPHANUS** paucos, nec optimos utique, usurpavit codices: mihi uberior fuit copia, & multo, quod praefiscine dixerim, meliorum. Et quod illi jure quodam licitum fuit, id alteri vitio vertetur, praefertim in scriptore, tot locis corrupto & amanuensium intempestivis explicationibus turpiter foedo?

*Ὅτι δὲ μὴ τὰς ἑνὴν ἢ ἑπτὰ Φίλα,  
Κίνας τ' ἐκείνα περιέτω, καὶ γὰρ τὰ αὐτῶν.*

Equidem nihil hic insolens, neque praestantissimorum exemplo non munitum, molitus sum. Quae Diodori ex schedarum veterum judicio non putavi, locum illis in variantibus, quae dicuntur, sectionibus reliqui: causas cur alia maluerim, adscripsi. Latina **RHODOMANI**, etsi haud satis ubique arriderent, non rejeci, mutatis tamen, ubi Graeca dari poterant meliora, nonnullis. Adnotationes doctorum virorum, quas quidem noveram, neglectae nusquam sunt. Accesserunt ineditae **JOSEPHI SCALIGERI**, **IS. VOSSII**, **CL. SALMASII** & **F. URSINI** conjecturae: quarum Salmasianas in Excerpta Valesii ex edito, quem mihi humanissime obtulit vir doctus **JO. GODOFR. RICHTER**, exscripsi, Ursini Roma ultro transmissae sunt, sed serius, unde nullus illis nisi inter Addenda locus esse potuit: quod ipsum censeto de commentatione Amplissimi **DE JORDAN**, Chronologiam Diodori docte illustrante, quam, sicuti ad me ex Bojohemia allegata est, operae expresserunt. Legentium porro commodo in sectiones sive capita, exemplo Latinae editionis Rhodomanianae, libros divisi, & ne operam in quaerendo frustrarentur, quibus aut Stephani aut Rhodomani *ἑδασις* familiarior fuerat, utriusque paginas margini adpingi jussi; Stephanicae ad oram exteriorum, in interiorum Rhodomanianae. Quod superest, maximas, sicuti aequum est, ago habeoque gratias omnibus, quorum auxilio codicum excerpta & alia, quae huic editioni dignitatem conciliant, impetravi: rogo quoque vehementer, ne mihi impotentur, quae operae me invito & absente deliquerunt. Impensum quidem diligens studium esse, ut mendae vitarentur: sed extra hanc urbem cum res perageretur, & semel atque iterum adversa valetudine, eaque diuturniore, ipse constiterat, deprehensa nonnulla sunt, in tonis praefertim, quae minime placent, quorum syllabus in calce conspicitur. Cetera tu, Lector benivole, corriges, & quae, ut de re literaria pro virili bene mereret, Diodoro adscripsi, aequi bonique consules. Vale.

(b) Biblioth. Univers. p. 207. Epitom. Biblioth. p. 43. (c) De Script. Graec. Patria Siculis in Fabricii Bibl. Graec. T. XLV. p. 29



# D E D I O D O R O

E T E J U S

## SCRIPTIS BREVIS TRACTATUS

### HENRICI STEPHANI



**D**IODORUS ex Agyrio urbe Siciliae ortus, non ab ea (utpote quae ignobilior esset forsasse) sed ab ipsa regione Sicilia cognomen accepit, nec enim Ἀργυρία, sed Συρακούσας cognominatus fuit. Vulgo Diodorus Siculus a Latine scribentibus appellatur: quod Siculum Latini indifferenter tam Συρακούσων quam Συκελλῶν, ut Italum tam Ιταλιώτην quam Ιταλῶν, vocasse existimantur. Plinius Diodorum simpliciter nuncupat, non addito a natione cognomen. Sic & Justinus Martyr, item Aristophanis scholiastes. At Eusebius alicubi addit, alicubi omittit. Agyrium autem nomino illam civitatem Siciliae, patriam Diodori, potius quam Argyrium, aut Angrivium: quae duae lectiones in nostris habentur exemplaribus cum alios, tum eundem Plinium ac Stephanum sequens. Porro fe inde ortum testatur ipse in proemio totius operis, pag. 3. huius voluminis, non procul a fine, *ἡμεῖς γὰρ ἐκ Ἀργυρίου, &c.*

Vixit Diodorus (ut variis in locis ipse docet) Julii Caesaris temporibus. At Suidas illum sub Augusto dixit successorem vidisse, vel ex his liquet quae supersunt ex postremo eius opere fragmentis. Et Suidas ita dicit sub Augusto eum vixisse, ut ante illum etiam existisse non neget. Verumtamen videtur Suidas cur non potius dixerit eum sub Julio Caesare & post eum vixisse: vel, sub Julio Caesare & sub Augusto. Equidem in temporibus Julii Caesaris fe incidisse ipsemet cum alibi testatur, tum vero in his quos subiungam locis: in quibus omnibus illum dei ornare cognomen, obiter animadvertendum est. Nam libri quarti pagina 158, de Alesia urbe loquens, haec scribit, (si modo verba eius recte interpretor) „Celtae autem nostra etiam aetate civitatem hanc in honore & pretio habebant, tanquam universae Celticae asylum & metropolim. Quae quum libera & a nullo expugnata ab Hercule aetate ad nostram usque permansisset, tandem a Cajo Caesare (qui ob fortia facta deus vocatus est) vi capta, Romanorum imperium accipere una cum aliis Celtis coacta fuit”. Rursum lib. v. pag. 208, de Britannia loquens, „Huic praefixi quidem feculis nihil rei, cum peregrino ullo exercitu fuit: (siquidem nec Bacchum, nec Herculem, nec aliorum heroum quemquam adversus eam exercitum duxisse accepimus) verum nostra aetate C. Caesar (ob res a fe gestas deus cognominatus) primus post hominum memoriam insulam subjugavit, Britannosque debellatos, Romanis tributarios reddidit.” In alio ejusdem libri loco, qui est pagina 211, scribit, „Ex fluvii autem, qui in mare influunt, maxime videtur esse Danubius & Rhenus, quem nostra aetate Caesar (qui deus nuncupatus fuit) miro quodam & incredibili artificio ponte junxit: quumque suum exercitum eo transportasset, transhenanos Gallos subegit.” Meminit vero Julii Caesaris & libri 1, pag. 4, sed ejus fe aetate vixisse non addens, scribit enim, „In sequentibus autem vigintitribus libris reliquos res omnes gestas ordine collocavimus, usque ad principium excitati Romanis adversus Celtas belli. Cujus dux C. Julius Caesar (qui ob res gestas deus vocitatus fuit) maximam Celticarum gentium partem, & quidem quae inter eas maxime belliciosae erant, subjugavit, Romanumque imperium ad Britannicas usque insulas promovit. Hujus gesta initium habuerunt a primo Olympiade centesima & nonagesima anno, archonte Athenis Herode.” Eadem autem Olympiade fe in Aegyptum venisse scribit, pagina 29. „In Aegyptum (inquit) centesima & nonagesima Olympiade pervenimus, regnante Ptolemaeo, qui novus Bacchus appellatur.” Rursum pag. 53. Quo tempore rex Ptolemaeus a Romanis nondum amicus vocabatur, & populus advenas Italos omni studio ac favore proferebatur, ac sedulo dabat operam ne, &c.

Titulus operis Diodori dicitur *βιβλιοθήκη ἱστοριῶν* in nostris quidem certe exemplaribus: Eusebius quoque Evang. Praep. lib. 1. (pag. 13. editionis patris mei) dicit eum in unum opus collegisse universam ἱστορίαν βιβλιοθήκην. Verum idem lib. 2. pag. 33. *βιβλιοθήκας* numero plurali vocat, nec addit ἱστορίας. scribit enim, ἢ τὰς βιβλιοθήκας ἢ τὰς ἱστορίας ἡμεῖς συναγαγόντες. Idem Justin. Martyr de eo dicit, ἢ τὰς βιβλιοθήκας ἢ τὰς ἱστορίας. Rursum Eusebius pag. 36. citat librum quatuor *βιβλιοθηκῶν* Diodori. Jam vero & Plinius (nisi hic quoque mendosa sunt exemplaria) *βιβλιοθήκας* numero plurali appellat. Cujus locum repetam paulo alius, ut intelligi possit quod de hoc titulo scribit, haec igitur ejus sunt verba in praefatione totius operis, „Jam Munia, Pandectae, *βιβλιοθηκῶν, ἡμεῶν, μὲν, συναριθμῶν*, inscriptiones propter quas vadimonium deferri possit. At quum intraveris, dii deaque quae nihil in medio invenies. Nostri crassiores, Antiquitatum, Exemplorum, Artiumque quam facerentissimi. Lucubratorum puto, qui Antias civis erat & vocabatur, Valerius primus asserit. Varro in Satyris suis Selyculum & Flexibulum. Apud Graecos defuit nugarum Diodorus, & βιβλιοθήκας historiarum suam inscripsit. Appion quidem grammaticus, &c.” Haecenus Plinius. At enarrator Aristophanis citat locum quemdam de tripode ex Diodori libro xv. *τὴν ἱστορίαν βιβλιοθήκην*, & βιβλιοθήκας historiarum *βιβλιοθήκην*. Nec fuit valde asimiles hi tituli, *ἱστορικὴ βιβλιοθήκη*, & ἡ τὴν ἱστορίαν βιβλιοθήκη. Quo tamen sensu opus Diodori appellari possit *τὴν βιβλιοθήκην* non intelligo, ac mendum fuisse verbis illis *ἐν τῷ πρῶτῳ* existimo. Est autem locus quem citat, lib. xv. pag. 523. huius nostrae editionis. Porro quod ad praecedentes attinet inscriptiones, videtur omnium simplicissima esse haec (quae & in nostris exemplaribus habetur) *ἱστορικὴ βιβλιοθήκη*, a qua non abludivit ista (uti modo dixi) *ἡ τὴν ἱστορίαν βιβλιοθήκη*. Nec enim aliud huius inscriptionibus significari arbitror, quam opus historicum ex variorum historicorum scriptis ita constatum, ut unum aliorum multorum instar esset, & tanquam bibliotheca historicis variis instructissima, cognitionem historiarum omne genus subministrare possit. Quam autem vocatur *βιβλιοθήκη*, primum quidem subaudiendum relinquo puto adjectivum

## H. STEPHANI TRACTATUS DE DIODORO.

Titulum *ιστορικῶν*: deinde pluralem numerum aliquid amplius significare quam singularem: quasi non unius bibliothecae, sed multarum bibliothecarum instar esse possit hoc opus. Quod vero dicit Eusebius, Diodorum in unum opus collegisse bibliothecas historicas, eodem redire crediderim, intelligi enim, ut opinor, eum diversorum auctorum scripta (tam multa ut bibliothecae implere possent) in unum opus congegisse. Idem vero Eusebius in prooemio libri. II. simpliciter loquens de eo, *Qui (inquit) ex pluribus historiarum collegit: ἢ πρῶτον τὰς ἱστορίας ἀναθέσθαι.* At Iulianus Martyr (cujus modo protuli verba) non dicit ut Eusebius, *Qui bibliothecas collegit*: sed, *Qui contraxit, & in compendium redigit.* Quod tamen dicens, nullo modo ab Eusebio dissentit, nam is alicujus opus in compendium redigit, qui non omnia quae in eo sunt colligit, sed ex multis interdum pauca, & quidem ea quae illi videntur esse praecipua. Nec Eusebius collectionem talem intelligit, quae totos caeterorum historicorum libros coaequavit, sed in qua delectus, quali opus est his in rebus, adhibitus fuerit.

Hoc autem opus quod historicam bibliothecam appellari diximus, in quadraginta libros a se distributum fuisse ipsemet in prooemio testatur, pag. 4. scribens, „ Adeo ut universum opus nostrum, quod quadraginta libros habet, annos mille centum triginta octo complectatur, ultra tempus rerum ante bellum Trojanum, num gestarum. ” Sed animadvertendum est quosdam ex his libris esse duplices, id est in duas partes divisos: ut est liber primus, item decimus septimus. Quanquam ipse auctor divisionis libri decimum primum non meminit, sed tantum divisionis libri primi, posteriorem enim ejus inchoans partem, ita praefatur, „ Quum 33 primus Diodori liber ob prolixitatem in duos libros divisus sit, prior quidem, &c. ” Ubi quod scriptum sit, *Primus Diodori liber*, non, *Primus meus liber*, non debet cuiquam suspectam reddere postitam hic praefatiunculam, quasi supposititiam, nam quae in calce ejus habentur, esse Diodori convincunt, quum ibi de se non jam in tertia, sed prima persona loquatur. Ut autem hic positus fuit iste titulus *πρῶτος διόδωρος*, ita & supra, pag. 4. illis verbis, *πρὶ μὲν &c.* (quae habentur continuo post prooemium) videtur debuisset praefigi haec inscriptio *πρῶτος πρῶτος*; sed nostris exemplaribus nihil ausi fuimus assergere. Caeterum hinc apparet quid Volaterranum & alios in errorem impulerit, citans ex libro sexto Diodori quae in quinto habentur. Nimirum is ejus edita fuit praeinde Latina horum quinque priorum librorum, verso (vel potius inverso) libri primus opinor, caeteris ansam erandi praebuit: qui, ubi Diodorus posteriorem libri primi partem inchoat, libri secundi principium constituit: ac deinceps ubi ille initium libri secundi facit, ipse tertium inde incipere credit, & ita in librorum sequentium enumeratione pergens, ut pro quinque sex habeamus facit. Quod si in ejus manus integrum volumen venisset, ex quadraginta libris fortasse quinquaginta hoc modo fecisset, nec eam dubito quin & ex libris qui desiderantur aliquos hic auctor duplicaverit. Verum eos quibus non ipso Diodori libros, sed eorum tantum interpretationem videre contigerat, excusatione dignos merito iudicemus: at qui Graeca versaverant exemplaria, minus venia digni videntur. Imo vero ne eos quidem qui Latinam duntaxat interpretationem viderant (ac multo minus ejus auctorem) veniam mereri dicere possumus: quum in ea ipse liber primus in duos libros divisus esse scribatur. Vult autem hunc errorem patefacere, propter eos etiam, qui clamitant bellum hunc interpretem librum sextum habuisse, qui tamen in iis quae notae sunt bibliothecis desidererent. Quod si quis aliqua ~~ex~~ vere sexto libro legere cupit, habet apud Eusebium locum inde de promptum Evang. Praep. lib. 2. pag. 38. editionis patris mei, quem & in calce hujus operis inveniet.

Librorum Diodori omnium quidem simul titulus est is, de quo paulo ante dictum est; Historica bibliotheca: sed quosdam ex iis peculiare inscriptiones habuisse, ex eo conicere possumus quod ipsemet librum quintum *Νησιωνίων βιβλίον* inscribat, id est, ad verbum, *Insularum librum*, quod videlicet in eo de insulis agat. Atque hoc diligenter notandum est, ne si incidamus in aliquem auctorem qui *Νησιωνίων βιβλίον* ejus citet, eum esse de numero librorum Historicae bibliothecae inficiemur.

Argumentum hujus operis in genere quidem ipse titulus declarat: sed particulatim ab ipso auctore exponitur, in fine pag. 3. ubi scribit, „ Ex libris nostris primi quidem sex complectuntur res ante Trojano bello tempora gestas, & ea quae fabulis tradita de eo seculo fuerant, atque horum tres priores antiquitates barbaricas, tres posteriores Graecae fere complectuntur. Undecim autem sequentibus a Trojano bello universam statem rerum gestarum usque ad Alexandri mortem, memoriae prodidimus. In iis qui supersunt viginti tribus reliqua omnia gesta collocavimus, usque ad initium belli Romanis adversus Celtas exorti. ” Haec ille. Qui autem magis particulatim singulorum librorum argumentum nosse volet, praefixa legat unicuique eorum *επιόματα*.

De temporis autem longitudine quod toto suo complectitur opere, paulo post ipse scribens, ait se id quidem tempus quod bellum Trojanum antecessit, certo spatio non definire: sed a Trojano bello (Apollodorum Atheniensem sequendo) nonaginta annos usque ad Heraclidarum reditum statuere: ab hoc autem usque ad primam Olympiadem trecentos vigintiocto, a Lacedaemoniorum regibus tempora computanda. Postremo a prima Olympiade usque ad Celtici belli initium (quo suam historiam clausit) septingentos triginta annos. Adeo ut universum opus, quod quadraginta libros habet, spatium annorum mille centum triginta octo complectatur, etiam tempore rerum ante Trojanum bellum gestarum excepto.

Caeterum ad universalem historiam in unum opus includendam se desiderio juvenidorum lectorum impulsit, & nec laboris ad id necessarij magnitudine, nec temporis longitudine deteritum fuisse, in prooemio suo testatur. Ubi etiam ait facile & promptum omnibus fore ex ejusmodi opere, tanquam ex uberrimo fonte, quae ad fura institutum pertinent haurire, contra vero evolvere sparsas per varios libros historias (eorum videlicet qui propria gentis aut civitatis unius gesta seorsum tractaverint) praeterquam quod laboriosum sit & ad perspicuum rerum intelligentiam perincommodum, non cuiusvis esse, quod nimirum non omnibus tot datum sit volumina nascendi. Se ergo totos triginta annos in hoc opus infumpsisse, & bonam Europae atque Asiae partem magnis cum aerumnis periculique peragrare scribit, quod locorum ignorantem sciret nonnullis ex celeberrimis etiam historicis in errores varios impulsisse. Quibus haec subiungit, „ Admuniculum autem nobis ad hoc inceptum fuit, ante omnia quidem hujus argumenti pertractandi cupiditas (per quam omnibus mortalibus etiam quod aliqui nulla ratione effici posse videntur) deinde vero suppeditata Romae omnium rerum quae ad hujus argumenti tractationem faciebant abundantia & copia. Quum enim urbs haec adeo fuerit pra omnes alias eminent, ut ejus potentia usque ad extremos orbis terminos pertingat, expeditissima & plurima nobis admunicula subministravit, utpote qui ejus incolae longo tempore fuerimus. Nos enim ex Aegypto urbe Siciliae orti, & propter commercium quod nobis cum Romanis in insula versantibus erat, magnam linguarum Romanae cognitionem adepti, omnia hujus imperii gesta ex vetustis quae apud illos avertuntur monumentis desumpimus. ” Et haec quidem hoc loco Diodorus, alibi autem Ephori exemplo se *κατὰ τὰς ἐπιόμας* memoriae mandasse scribit.

Apud Diodorum conciones crebrae aut longae, sicut apud alios multos historicos, quaerendae non sunt.

## H. STEPHANI TRACTATUS DE DIODORO.

utpote quas ipse in illis reprehendat. Ait enim eas narrationis cursum interrompere, & lectorum avide in cognitione historiae ulterius progredientem remanere. Invehiturque in eos qui intemptive super eloquentiam in historia scribenda ostentant, atque ubi ter conciones orationesque rhetoricis pigmentis asperae inficiuntur historiae, totam historiam esse concionum accellionem scribit. Perinde est autem ac si diceret, ipsam historiam quae est *ἱστορία*, ficti *ἢ ἀπορίας*: contra vero conciones, quae esse debent velut *ἢ ἀπορίας*, tractari tanquam ipsum *ἱστορίαν*. Ubi autem locum habeant conciones, & quis earum debeat esse modus, declarat. An vero & in Thucydidem cadat haec reprehensio, videntur alii.

Res gestas tam diligenter & accurate atque adeo exacte temporibus distinguit, ut hac id se palmam inter historicos obtinuisse credatur. Porro quod modo *ἀπορίας*, modo consulum, interdum utrorumque simul nomina fecus apud eum quam apud alios scripta reperitur, ea vero scripturae diversitas id-beatne ipsi auctoribus imputari, an iis qui libros eorum descripserunt librariis, saepe dubium relinquatur. Sum quidem certe loci nonnulli in quibus tanta est diversitas, ut eam ipsi auctoribus liquet esse imputandam. Verum quod ad temporum notationem attinet, peculiare est hoc Diodoro, non solum *ἀπορίας* & consulum, sed & virorum doctrina illustrum nominibus ea signare. Interdum etiam tempus quod describit, esse id aut a quo hic vel ille suam fit orsus historiam, simul & tempus in quod ea desinat significans. Exempla sunt pag. 256. & 206. & 387. praeterea pag. 390. & 410. item 421. item 442. Multos vero simul enumerat pag. 497. Alios omnes longum foret adnotare locos.

Hoc insuper Diodoro nitatum est, suis narrationibus clausulam, quae aut laudem aut vituperium continere imponere, nam ut, si quid insigni cum prudentia aut fortitudine gestum est, summis laudibus auctorem hujus rei profectur: ita si quo in facto insignis temeritas vel ignavia vel improbitas se prodit, male accipere verbum auctorem ejus solius est. Cujus suae consuetudinis cum alibi tum in libri decimi quinti proemio meminit. Praeterea lib. xvi. pag. 502. morem institutumque suum esse dicit, fortis alicujus viri morte commemorata, laudes ejus subiungere. Et quidem ut ibi in Epaminonda hoc facit, & ne in eandem in quam Timaeus reprehensionem incurra sedulo cavet: nam propter crebras ac longas *ἱστορίας* Timaeum fuisse vocitatum Epitimasum ipse eodem loco scribit.

Est etiam mos hic Diodori (qui praecipue commendare scripta ejus piis omnibus debet) ut rerum multarum eventus, quos alii historici fortunae impulerant, divinae providentiae ascribat, ut pagina 240. „Et „Temen, praeter spem omnium, dei alicujus providentia servatum, regno insubere potuit.“ Sic pag. 541. „Nam qui in templum confugerant, quam se deorum ope servatum ibi sperarent, contra divina „providentia factum est ut supplicio sacrilegis digno afficerentur.“ Huc autem pertinent & hi loci, qui item pietatem ejus (qualis in ethicae hominem cadere potuit) testantur, ut pag. 488. „Hi ergo, tanquam aliquo „deus ipsis offensus, iustas & debitas poenas luerunt.“ Item 526. „Quam autem exire inde non possent, „cruciatique se ceptum naufragos formidaret, ipsum praecipitavit: atque hoc modo dans nuntio poenas, „viam finivit.“ Et 544. „Qui ergo nuntium conseruere ausi erant, eo quo diximus modo puniti a diis „fuerunt.“ Quodam etiam loco, infortunia quae astra, phisicos quidem inter naturales & coactos rerum eventus annuerat ait: at eos qui pii sint erga deos, interpretari a diis invecas esse calamitates illis adversus eos qui nomen ipsorum violassent. Jam vero & principibus nonnullis suam erga deum pietatem promoti orum imperii causam fuisse perhibet. Pudeat pudeat erga Christianos quodam, in suis historicis scriptis omnia fortunae tribuentes, ethicos verbis (utinam non etiam mente) comperiri.

Diodori autem idioma uniuersisque alicuius ejus scriptorum lectione cognoscere poterit, quod cognitum ad multos in eis emendandos locos, multos item alioqui perobscuros intelligendos, itemque ad amovendam falsam suspicionem de librariorum quibusdam in locis fide, plurimum adiumentum attulerit. Quicunque enim novus scriptoris hujus lector erit (etiam si alioqui in lectione aliorum omnium exercitissimus sit) futurum ut ei nova multa occurrant, praemonitum volo.

Hoc addam, elogio de Diodoro vel potius Diodori scriptis extare apud Justinum Martyrem & Eusebium Pamphili pulcherrima. Nam ille celeberrimum Graecorum historicorum eum appellat: hic autem illustrem virum eum esse dicit, & de ejus doctrina omnium philologiae studiosorum magna sit opinio. Subjungitque paulo post, notiora Graecis esse Diodori quam aliorum scripta. Quae quidem ego afferens ad ornandum Diodorum elogio idem propemodum facere mihi videor ac si faces soli ad eum illustrandum admovent. Quantum enim solis lumen inter stellas, tantum inter omnes quotquot ad nostra tempora pervenerunt historicos (si utilitatis potius quam voluptatis auriam habenda sit ratio) nosse hic Diodorum emicere dici potest. Ac quanto uniuersis orbis civitate aut gente una est capax atque amplior, tanto major est scriptorum Diodori (si eorum argumentum spectemus) quam ullius eorum qui extant historicorum amplitudo. Nam quum ex aliorum unoquoque, tanquam ex rivulo, *gens una* aut civitatis aut principis gesta hauriamus: ex hoc, tanquam uberrimo fonte, vel potius patencilium flumine, omnium fere totius habitabilis orbis gentium, & particulatim quarundam etiam illustrium civitatum res gestas haurire possumus. At enim mihi laudare aggresso Diodorum id obijciendum quisquam existimaret, quod olim ei qui laudare Herculem parabat obiectum fuit, Eecquis eum accusat? Sed aliter profecto se res habet. Extrat enim ejus, licet tribus tantum constans verbis, gravissima tam accusatio, quae temporis quidem vetustate non nititur, nec ejus se auctoritate tuetur: sed accusatoris auctoritate fortasse mihi posse videbitur. Is enim fuit Lud. Vives, qui nostro seculo natus, Hispaniae suae maximum decus & lumen ob doctrinam exitit. Ejus haec leguntur (& quidem cum applausu a quibusdam leguntur) verba, „Diodorus Siculus ab inundatione quae sub Ogyge fuit regis Boeotiae, ad sua „tempora, id est ad C. Caesarem dictatorem, historiam deducit, quem Plinius nescio qua de causa dicit „primum apud Graecos defuisse negari: quum nihil sit eo negacius. Nisi forsitan quod nullam operi suo id „lecebrosum aut magnificum titulum indiderit, sed inscripserit tantum Bibliothecam.“ Haec Vives: nimirum negari dicens Diodorum propter fabulosas, quas prioribus libris tractat antiquitates. Quasi vero hic, dum *ἱστορίαν* *μυθολογίαν* appellat, legitimam excusationem apud lectores aequos non haberet. Equidem si quicunque fabulosas antiquitates literis mandaverunt, talem criminationem a posteris adfuerant, quasi Vives onerat Diodorum, quidam ad intelligendas saltem potarum fabulas relicta nobis adjumentum fuisse? Adde quod hujusmodi *ἱστορίας*, licet fabulosae vocentur, non usquequaque tamen fabulosae sunt (saepe autem bonam partem quae a poetis manarunt excipio) sed penitus in eas introspicendum, quodam veritate vel scintillam sepe numero inter densas mendaciarum tenebras inveiare possumus. Exempla sunt in promptu. Etenim quam fabulosa & futilia putamus ethicos visa fuisse, quae de Mose cum alii tum Hecataeus & Alexander Polyistor memoriae prodiderunt? Atqui bonam eorum partem quae de se ipso Moses scripsit, in illis habemus: adeo ut non historiam illam finxisse, sed tantummodo historiae illi admixisse multa dici possint. Quid aliud

## H. STEPHANI TRACTATUS DE DIODORO.

aliud quam delirantium somnia esse existimarunt ethnici fere omnes quae Berofus, quae Hieronymus Aegyptii, quae Mufaeas, quae Abydenus de diluvio scripta reliquerunt? Quotusquisque historicae Abydeni narrationis de turri ea, quam vulgus turrim Babel a loci nomine appellat, plus fidei quam anilibus fabulis tribuendum putavit? Atqui ex facris literis aperte cognoscimus ita fabulosa esse illa, ut veritatis lumen, inter densas mendaciorum velut nubes, quosdam tenues radios adhuc micantes habeat. Etenim si quis scripta eorum de diluvio & de illa turri cum scriptis Mosis conferat, falsa quidem in illorum scriptis esse quamplurima, si particulatim examinentur, sed in summis (ut ita loquar) historiae capitibus convenire illis cum Mose compariet. Jam vero quod in his accidit prisci seculi historiis, cur non & in aliis accidere potuisse suspicabimur? Tantum adest igitur ut eos qui nobis *Aggæologias* tradunt, mendacii protius habere suspectos debeamus, ut ne poetarum quidem fabulas (de multis, non de omnibus loquor) in totum fabulas esse dicere satis prudenter possimus. Cujus etiam rei testimonium in modo dictis historiis locupletissimum certissimumque habemus. Nam quid de diluvio, quid de turri illa Moses scriptum reliquerit, omnes ad unum scimus: certe, si non vano Christianorum titulo gloriamur, scire debemus. Superest igitur, quid ethnici antiquitarum scriptores, quid poetae eisdem de rebus tradiderint posteris, intelligere. Primum quod attinet ad diluvium, servatum quidem fuisse virum quendam, uno consensu omnes tradunt, sed nomen ejus apud unum tantum eorum (quos legerim) invenitur, rerum Assyriacarum scriptorem Abydenum. Qui tamen pro Noe Sischrum nescio quem, pro Jehova Saturnum nobis memorat. Quid poetae? nonne & ipsi diluvii meminervnt, & Deucalione ac Pyrrha lapidumque in orbem jactatione, ceu involucris, maxime memorabilis historia nobis tulerunt? Hactenus de diluvio. Ad illam turrim *obsoepios* veniamus, & quid de illa idem Abydenus scripserit audiamus. „ Illi „ (inquit) quos primos terra edidit homines, ob robusta vastaque corpora dati, quam diis superiores evadere, in animo haberent, immensa altitudinis turrim edificare coeperunt. Quamque jam parum abesse quin ad coelum usque peringeret, venti diis opitulantes machinam illam disturbarunt, atque hujus ruinae reliquias Babylona esse quidam crediderunt. Caeterum quam ad eam usque diem uno eodemque sermone uti omnes fuissent, deorum numine factum est ut alii aliam linguam haberent. Postea autem Saturno cum „ Titanibus ortum est bellum. „ Haec ille. Alius autem gigantes qui ex diluvio evaserant Babylonem condidisse scribit, ubi quem illam historiis celebratam turrim extruxissent, eamque divini potentia subruisset, per universam terram eos dispergi coepisse. Quo si quis ea reulerit, quae de gigantibus poetae occurrunt (quis autem eo referenda non videt?) postquam legerit, gigantes regnum coeleste vastasse, montesque montibus superpositis, scalam qua descendit coelum possit molientes, an a verissima historia fabulam hanc manasse, vel potius fabulam hanc veritatis veluti fundamento superstruendam esse inficiari audebit? At si per hanc spectatis, quid mendacius, quid vanius, quid nugacius fingi aut cogitari potest? Haec (& alia quorum consideratio virum judicio praeditum decebat) si considerasset Vives, non tam aperte, dum Diodorum nugacem appellat, nugatus ipsemet fuisset.

## PRAEFATIO VINC. OPSOPOEI

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO,  
DOMINO CHRISTOPHORO EPISCOPO AUGUSTENSI,  
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO VINCENTIUS  
OBSOPOEUS. S.



**N**YER alia multa Reverendissime in CHRISTO pater, & Domine Clementissime, quibus Deus Opt. Max. hoc saeculo Germaniam munificentissime cumulavit, non infimum locum obtinet Chalcographia. Hujus enim divinae artis beneficio factum est, ut nostra quoque patria optimis quibusque autoribus tam Graecis quam Latinis abundet. Nulla est professio, quae jam bonis & pristinis scriptoribus (quos vere jam quispiam classicos nominare potest) non sit instructa. Non parum multis in locis jura multipliciter mutilata & depravata, hodie antiquorum codicum subsidio, emendatiora & integriora leguntur. Habent medicinae professores jam ipsos fontes, nimirum Hippocratem, Galenum, Aeginetam, Dioscoridem, & alios sua lingua loquentes, qui prius tantum veteres & turbidas Arabum lacunas sunt consecrati. Neque desunt theologiae candidatis utriusque literaturae Doctores, magno studio invulgati. Porro humanitatis & politiorum literarum studiosis ingens poetarum, oratorum & historicorum extat copia, nec video quid possint etiam desiderare mathematici. Utinam vero, prioribus quoque saeculis haec imprimendorum codicum ars inventa extitisset, neque enim tantam optimorum & vespertissimorum codicum jacturam fecissemus. Quamquam enim verum est, quod dixi, maximam hodie doctorum scriptorum multitudinem extare: tamen multo major pars & temporum culpa, & hominum incuria intercidit. Possunt nominatim memorare ultra ducentos & amplius autores, quorum testimonis usus est Stobaeus, de quibus ne paginam quidem extare videmus, taceo quot citet Athenaeus: & numerosissimum illorum catalogum, quorum auctoritate Plinius se usum testatur. Eadem calamitate & hic nosser Diodorus Siculus est affectus, cujus modicas has, quas tua Celsitudo videt, reliquias ab Iano Pannonio quondam Quinquecentisensi episcopo ab interitu vindicatas, ac deinceps ab eruditissimo viro Ioanne Alexandro Brasicensi (ne quem merita laude defraudemus) nobis per Ion. Petrejum communicatas, & nunc tandem a me transcriptas edimus. Quo in autore ut jacturae magnitudo intelligatur, omnium ille ferme gentium & populorum historiam quadraginta voluminibus condidit: de quibus hos quinque tantum habemus superstites, cum illis quinque Latinis prioribus, quorum versio meo quidem judicio Poggio non recte adscribitur. Neque enim verisimile est, adeo spurciloquum & virulentum sycophantam & vitiligotorem quicquam graecitatis calluisse, qui ne Latram quidem linguam, cujus sibi videbatur esse peritissimus, recte calluit. Quia vero Diodorus singulari genio & gratia hisce libris potentissimorum regum Macedoniae, nempe Philippi & Alexandri, ac successorum ejus res gestas, tum Agathoclis Siciliae tyranni & Carthagenensium muria bella caeteris longe plenius in historiis contulit, ociofis narratio-

## PRAEFATIO VINC. OBSOPOEL.

nibus, & supervacuis descriptionibus, tum fictis & meditati orationibus posthabitis (quibus Livius inter Latinos, & plerique alii, tum ex Gracis Thucydidēs & Xenophon sunt plenissimi, quod eadem ut non vituperandum duco, ita me nemo unquam adducet, ut credam Hannibalem aut alium aliquem imperatorem apud Livium aut Thucydidem tam doctas & argutas habuisse conciones ad milites, quemadmodum ipsi ad ostentationem rhetoricantur) libit hujus auctoris doctissimas & purissimas reliquias tuo nomini longe lateque clarissimo consecrare. Ex quo enim primum intellexi tuam Celsitudinem id aetatis praefulum unicum esse ornamentum, ac cum a Caesarea Majestate, tum a ceteris principibus & imperii proceribus propter mirificam ingenii industriam & prudentiam, atque etiam ob singularem in obeundis gravissimis negotiis dexteritatem, & componendis controversiis promptam pacificationem, maximi fieri, ab Illustrissimo vero Principe nostro & domino, D. Georgio Marchione Brandenburgensi, &c. etiam summe coli & amari, subit mihi statim quaedam cupido tuae Celsitudinis compellendae. Cumque diu multumque aptam occasionem quaeritarem, non potuit melior & optatior mihi offerri, quam quod D. Christophorus Straffer juris utriusque Licentistatus ad tuam Celsitudinem est proventus. Huic cum ita commode cecidisset, hos Diodori libros tuae Celsitudini offerendos & inspicendos dedi, non alio certe nomine, quam ut nominis tui, cujus famae & laudi impensissime faveo, aliquod monumentum apud literarum studiosos relinquerem, quorum in manus, sat scio, hic auctor Celsitudinis tuae titulo nobilitatus longe acceptior venit. Debent vero haec fragmenta vel hac de causa Celsitudini tuae esse gratiora, quod nunc primum in lucem exeant, nusquam ante hac edita, ut plane pro novis & primum natis probari queant. Quoniam ejus generis hic liber non est, ut sola novitatis gratia ad tempus saltem arrideat. Si quidem vetusti scriptores ob summam eruditionem & eloquentiam, novitatis gratiam nunquam exuunt, dum semper aliqua nova voluptate lectores adficiunt, sicut neque dulcis & limpidae aquae fonticulus sitientibus, quamlibet longo tempore potus, non facile nauseam excitat. Hunc itaque Celsitudo tua serena fronte accipiat: & si quando per negotia, quibus Celsitudo tua multipliciter domi fortisque distinetur, vacaverit, animi laxandi gratia inspiciat, & hoc muneris gratiose susceptum boni consulat. Celsitudinem tuam CHRISTUS multos in annos incolumentum conservet, cui me ut singulari studiosorum patrono diligenter commendo, Onolcepcihii, Mense April. Anno a CHRISTO nato M. D. XXXIX.

Νικήτην θάνατον ἴκησ' ἰδὲ μῦθον κραταίην,  
 Οἷμοι λαγαλήν ὑπὸ θεοῦ δαίμοντα νόσων,  
 Παλοδάπας θέρεις νεκρὰ μετ', ἄλλα τε μυσῶν,  
 Καὶ πόνερα Φόβος στέμματα συνάδῃ.  
 Τίς νῦν τῆν' ἄποτῆραν ἀνδρῶν ἐγγυράμματα διέξυ  
 Ἥελίος; σφετερίζας χροῖα χαιροσάμην.  
 Νῦν τινος ἀνίδως ἀργυρὰ τίρψασιν ποδαί;  
 Νῦν ἰλαρὸς τῶσι τίς θραύσει χροῖας;  
 Ω θάνατ' ἢ μὲν ἀνέκταντο κακῶ ἀνδράσι πῶσι,  
 Τὸς ἢ ἔχον ἴδη, τὸς δὲ τ' ἐπαρχόμενοι.  
 Νικήτ' ἄλλὰ σὺ χεῖρ, ὅτεκ εἰς αἶδας δόμοισι,  
 Οὐκ ἔτι φέ στέλειται κίσ' ἀγαθούσινο ὁδῶς,  
 Τῆ δὲ χροσφασὶς ὑπὲρ ἑλάντοιο λαρήτων,  
 Ναντάων ἀνδρῶν οἰκία χροσφασίαν.

IOACHIMOT.

## CLARISSIMO VIRO IOACHIMO CAMERARIO, AMICO SUO INCOMPARABILI, THOMAS VENATORIIUS.

S. P. D.

*Fure sodalitiis tu si nova forte requiris,  
 Quae valeant certam commovere fidem,  
 Accipe non scilicet a nobis Ioachime querelam,  
 Ei, velut est, vere flebile carmen habet.  
 Ille tuus primus Vincēntius inter amicos,  
 Elatos inter nunc numeratur avos.  
 Cum quibus Elyfios, sic credimus, incolit hortos,  
 Et quae sunt illis commoda iuncta locis.  
 Saepe prius mecum, memini, cantare solebat,  
 Quae sunt de rebus prodita dicta sacris.  
 De coelo, patria superum, de sede Tonantis,  
 Unde venit, passim quicquid ubique patet.  
 Saepe etiam voluit Musis conferre salutem  
 Adhuc, istac tempore non potuit.  
 Nec tamen abstinnit tuis contendere nervis,  
 Ut posse studiis nullis esse bonis,  
 Et vultu studuiis nunquam non vivere Musis,  
 Sic illi semper cura salutis erat.  
 Sed quae cunctis rapit, nobis rite commoda laudis,  
 Eripuit sacra, Parca nocentia, manus.  
 Quam in iure queas, vel dura dicere leges,  
 Vel certe invisae, ferrea iura, necis.  
 Mors etenim omne genus rerum rapit, omnia solvit,*

Omnia



## H. STEPHANI PRAEFATIO.

*Omnia ad occasum, perniciemque trahit.  
Tempus obit, vix ipsa dies, intercudit hora.  
Et, quod vix sentis, mensis & annus obit.  
Estque adeo firmum nihil, ut non uno & eodem  
Sidera nascantur, sterue, cadantve loco.  
Anxia turbinibus quassatur vita profundis:  
Scyllam quae fugient, saepe Charybdis habet.  
Haud toties Phoebus nebulis obducitur arvis,  
Nos quoties durae mortis imago manet.  
Hinc tot sunt tituli, saevae tot nomina mortis,  
Quot peribendi celsum sidera ferre polum.  
Tot sunt morborum genera, & portenta malorum,  
Quot pater Oceanus ferunt habere feras.  
Haec ideo dico, quia nos blandissima Syren  
Ludent, immemores nos facit esse necis.  
Imponique huius nobis persona iheatri,  
Ut meliora velis cognita nemo sequi.  
Vires marcescunt, flos deslorescit, & actas,  
Cumlaque sunt instar praeterentis aquae,  
Saepe vices variant animorum, & corporis aegri,  
Saepe redit major quam fuit ante vigor.  
Praesera nunc vident, auri miscenda querelis:  
Et quae nunc fuerant visa superba, jacent.  
Pondere sub vasto respública pressa laborat,  
Quae tenui reges pondere saepe suo.  
Nos tamen, ut caeci, sequimur sine fine tenebras:  
Praeserimus medicis, saepe aconita, rosi.  
Jam nobis falsa imponit sub imagine rerum,  
Quae fuit in nostrum, clam fera Parca, caput.  
Haec tibi Venator misit lugubria Thomas,  
Carmina Vincentis suaveri scripta: Vale.*

# HENRICUS STEPHANUS HULDRICO FUGGERO

S. P. D.



**C**OEPTAM a patre meo typographiam auspiciis Francisci Galliarum regis ego ductu tuo inique auspiciis persequens Huldrice vir amplissime, nihil antiquius habui quam te excudi coepim a patre meo pulcherrimum scriptorum genus ad umbilicum ducerem. Pulcherrimum autem scriptorum genus appellant historicos, nemo (nisi qui tenebras luci praeferat) mihi refragabitur. Quum igitur ille, sumpto ab its initio qui nondum in vulgi manus venissent, historicos tres eisque eiusdem argumenti edidisset, Dionysium Halicarnasem, Dionem Coccejum, Appianum: ego, velut tradita mihi ab eo lampade in cursu ei succedens, historica Diodori Siculi bibliotheca decorandas omnium historiae animantium bibliothecas existimavi. Nam etsi in illo tuo locupletissimo musaeo haberetur & alia historica scripta, quae quo minus fama vulgata sunt apud literatos, eo magis fore jucundam illis eorum lectionem augurabar; tamen quoniam ea, utpote ignota, sui desiderium illis nondum excitarent, Diodorus autem, ob jampridem editam scriptorum ipsius quandam portunculam, maximum apud omnes sui desiderium commovit, diuturnam communis omnium desiderii expectationem prius explere operae pretium judicavi. Nec vero injuria tam multis votis tamque longo tempore expetitus fuit Diodorus, utpote cujus librorum titulus uberrimum quoddam historiarum quasi pens polliceretur. Quum enim ex aliis qui ad nostram aetatem pervenerunt historicis singulis singula sibi argumenta tractanda proposuerim, & sibi suis (id est libri) anis tantum generis aut principis res gestas incluserim: hic, quendam Herculis laborem spe juvenandae posteritatis exantans, multo latius operis historici fines propagavit, siquidem in unum voluget, diversarum gentium (etiam quas multi montes multaque maria determinant) res gestas congestit, congestasque accurate ac diligenter digessit. Unde non immerito sum hoc opus non icoquo sibi aut icoquo sibi, sed icoquo sibi (bibliothecam Latini quoque dicunt) appellandum censui. Nam siquis hoc historicos (ut in multis paucos enumerem) Herodotum, Ctesiam, Thucydidem, Xenophontem, Theopompum, Ephorum, Philistum, Callisthenem, Timaeum, unum in locum congregasset: nonne historiam bibliothecam, & eam quidem instruissimam habere se merito gloriari posset? Jam vero quum Diodorus ex horum quos recensui aliorumque multorum monumentis suae historiae veluti corpus constaret, nonne illud eadem bibliothecam locupletissimam jure optimo vocaturi sumus? Nec tamen in ea quinquam opinione esse velim, ut illam ex aliis suis historiam transcripsisse tantummodo existimet, imo vero multarum rerum quas narrat (de iis loquor quae in ejus tempora inciderunt) enuntiatum fuisse testem omnibus persuasum esse deceat. Ad historicum autem narrationem aliarum rerum quae tempora ejus antecesserunt, quin multum ei autileris adjumenti locorum saltem, in quibus illae gestae fuerant, perillustratio, nemini dubium esse potest. At quam multa perlustraverit in sua illa Asiae atque Europae longissima peragracione, cujus meminit (praesertim quum illam eo animo suscepisset, ut melioris fide suo in scribenda historia officio fungeretur) unicuique cogitandum relinquo. Praesertim vero ad historiae Romanae

## H. STEPHANI FRAEFATIO.

manae tractationem omnibus copiis instructissimum, & eorum administratorum quae requiri ad perdiscendam historiam Romanam poterant, ne minimo quidem destitutum vixisse certissimum est. Non solum enim quotquot exstant historiae Romanae scriptores pervolvendi, utpote Romanae linguae peritissimi adeptus: sed & annales ac publica monumenta consulendi, dum Romae commoraretur, facultatem habuit. Quibus nominibus etiam commendari non possent Diodori scripta, et vel hoc uno satis sperare commendationis mererentur: quod, nisi modo dixi, quomodo alii qui extant historici unius solum gentis, aut urbis, aut principis gesta scriptis mandavit: ipse nobis res omnes eodem tempore gestas in quantumvis disjunctis orbis partibus, suo quaque loco, quasi in una eademque tabula sub aspectum posuerit. Quae quidem quam compendiarie sit & facilis ad variae historiae cognitionem via, satis novum qui scriptores historiarum versare consueverunt. Non potest Diodorus (satis) quadam sermonis dilecti & jucunditate, ut Herodorus. Non est Diodorus aequae subtilis, nec aequae acutus, nec verbis apertis & pressis aequae ac Thucydides. Non est denique is Diodori sermo, ut (quod de Xenophonte memoriae praeium est) ipsae Graeciae fuxisset cum videri possit. Sed vicissim nec Herodorus, nec Thucydides, nec Xenophon universalem historiam & omniviam (ut ita dicam) nobis reliquerunt, ut Diodorus. Ex Herodoto regum Persarum res gestas: ex Thucydide bella Peloponnesiorum cum Atheniensibus: ex Xenophonte praeclara Cyri utriusque facta, itemque Aegylis cognoscere, ab eodem Thucydide historiae de rebus gestis Graecorum continuationem accipies: at ex Diodoro non solum Persiarum regum, non solum Peloponnesiorum & Atheniensium, sed totius fere habitabilis orbis res gestas perdiscere. Beatos existimamus reges, quibus diversi a diversis orbis partibus eodem tempore per suos ἀρχαίους, suos βασιλεύς, suos ἀρχαίους, suos ἀρχαίους nuntii afferuntur. At Diodorus sui operis lectores, etiam si privati sint homines, hac in re ipsi regibus aequat, & micivice se ἀρχαίους, se ἀρχαίους, se ἀρχαίους praestit.

Ceterum quae Diodori, eadem & Polybii sententia fuit, nimirum peculiari genti alicui vel populo historiam vix separatim posse per dignitate tractari, quod videlicet res eodem tempore, licet diversi in partibus, gestae, saepe inter se aptas quodammodo & cohaerentes esse contingat. Quod quidem ego eo minus miror, quod hujus tam spatiosae orbis machinae condiderem occultam quandam ejus quantislibet distitis partibus, non sicut ac humani corporis membris, eorumque inter se indidisse existimem. Alioqui quo tandem pacto (exemplum enim offerre libet) contigisse diceremus, ut tot in locis tanto intervallo separatis tot servis jugo abrepto in dominos suos arma caperent, & ad tam atrocita bella prorumperent? Qui scilicet eas putarem ut in antea quieti, & suae conditioe asperitatem patientia vincentes, tam repente ad tantam libertatis cupiditatem accenderentur, idemque eodem sermo momento ardor tot hominum animos in disjunctissimis terris inflammaret? Dico autem, eodem tempore: quoniam si ea quae mox in loco jam acciderant, in alio aliquanto post accidisse legeremus, ideo non mirarerem quod jam jam de his ulgata, alios aliorum facta illico accumulatos fuisse nobis persuaderemus. Ut vero & alio exemplo: sed veniam prius orami si ab humilissimae & abjectissimae sortis hominibus ad homines, in summum fortunae apicem evectos transire mea facias oratio. Quoniam alio quam ad eorumque illam referre debemus quod saepe in historiis legitur: nimirum diversarum gentium diversos reges, aetate valde dispari, eodem tamen tempore vix fuisse? Quoniam alio & aliud quod illas evolutionibus saepe occurrit, urbes videlicet atque adeo gentes disjunctissimas, quae antea sui juris fuissent, nec ullius unquam dominatus expertae forent, omnes eodem propemodum temporis articulo tyrannica potentia fuisse oppressas, & in miseram servitutem redactas? Sed hac de re tamen ut oisiam, ita fortasse rectius alii philosophari poterunt. Ad Diodorum redeo, de quo si vera sunt quae dixi (vera autem esse nemo, ut opinor, negaverit) prob quam graviter tot liberorum illius iustitiam ferre debemus. Nam ex quadraginta ejus libris non solum posteriores viginti, sed quinque illi qui inter quinque ac undecimum intervallum debent, saeculi superioris injuria feruntur intercidisse. Extant quidem (ut in calce hujus voluminis adnotavi) quaedam ex illis posterioribus libri excerpta: sed quae tantum abest ut desiderium hominum historiae amantium lenire possint, ut id potius (non sicut ac collectum ex longo sermone paucae aquae guttae) multo magis accesserit sint. Eos certe libros si habuerimus, jactura liberorum Livii aequare animo ferenda, minimeque dolenda nobis forent. Utinam igitur verum esset, Hilarico viri praestantissimo, quod olim ex doctissimo viro Lazaro Bayssio audivimus, & quod ille ad se scriptum legere mihi solent, nimirum totos quadraginta Diodori libros visos in Sicilia nostro tempore fuisse. Quod est durum est credere, fortasse tamen minimum incredulum is merito judicaretur, qui id incredibile esse affirmaret. Quare ego te, per eam quae tibi intercedit & jam a teneris intercessit cum Aetnae amicitiam, per eam quam ultra desisti de juvanda literaria Republica fidem, oro atque obsecro, ut sumptionis quos in ea quae cum literis pertinent & libenter facis & facere potes maximos ad ejus perquisitionem ac perquisitionem non parcas: & ne aliquis ex fratribus tuis, viris ornatissimis (quoniam idem illi secum stadium currunt) huic tibi partem praecipias, diligenter caveas. Vale.

## SPLENDORE STEMMATUM,

VIRTUTE ET ERUDITIONE NOBILIBUS VIRIS, D. D.  
JOANNI BRANDIS J. V. D. ET EJUS GERMANO FRATRI  
D. JOACHIMO, MAGNIFICI, GRAVISSIMIQUE VIRI  
D. JOACHIMI BRANDIS CONS. HILDESIAE  
REIPUB. OPTIME MERITI, FILIIS,

S. D. P.



TSI me non fugit, Viri Clarissimi, quae sint Aristarchorum & Criticorum quorundam, de Historica Diodori Siculi Bibliotheca, a limine tantum, ut appareat, ab ipsis salutata, praedicia & censurae: quibus arbitror rã ἀρχαίους illius occasione praebuisse, ut posteriorem historiae illius partem, priori, quae fabulis & Mythologiae caet, similem esse putarent: Tamen gravissimis de causis non modo ab iis qui in Republica Literaria & Civili, publico humani generis bono servant, sed etiam a caeteris omnibus, quibus in historiae Theatro humani generis fata aspicere libet, cum maximo fructu legi posse existimo.

Proderit haud dubie THEOLOGO, primae partis Bibliothecae hujus, in qua de Idolis Gentium, de Ethnicorum superstitione, de turpitudine ac sceleribus Idololatrarum, deque hominum a vero Deo ejusque cultu

## JO. JA. GRYNÆI PRAEFATIO

cultu *ἀνομιῆς*, (quam ignorantiae tempora secuta sunt) agitur, inspectio. Continet enim illa iuculentum testimonium, dicti Paulini de Ethnicorum Sopsis, Sacerdotibus & Mythagogis, ac eorum *ματαιωσῆς*: Cum se credent esse sapientes, stulti facti sunt: mutaveruntque gloriam immortalis Dei, per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem effictam, verum etiam volutatum, & quadrupedum & reptilium. Quapropter tradidit illos Deus per cupiditates cordium suorum in immunditiam, ut in ignominia afficerentur corpora sua inter se mutuo. Rom. 1, 26. Quanta sit beneficiorum Christi in nos collatorum magnitudo, *ἀνομιῆς* Ethnicismi & Christianismi velut pictura quadam graphica & expressa imagine, idem Apostolus, cum alibi, tum etiam Eph. 2, 11. his verbis docet." Quapropter memento quod vos quondam Gentes in carne, vocabamini Praeputium, ab ea quae vocatur Circumcisio in carne, quae manibus fit: quod, inquam, eratis in tempore illo sine Christo, abalienati a Republica Israelis, extranei a testamentis promissionis, spem non habentes, *ἕως ἐν τῇ κτίσει*. Nunc autem per Christum Jesum, qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi." Etli vero Apostolo, & instinctu Spiritus sancti loquenti, Ethnicis Historiographi (Hiberas nationis & Aegyptiorum portata recitantis in operis sui vestibulo) suffragatione opus non est: utile tamen est, ea quae de Pagana Idolomania, totoque Ethnicismo ac hujus *ματαιωσῆς* paucis Apostolus tradidit, prolixè a Diodoro descripta cognoscere, & pro revelata nobis Evangelicae doctrinae luce & veritate, Deo immortales agere gratias. Et cum Diodorus alicubi adfirmit, Ethnicos quosdam circumcissionem literae, ritus sacrificiorum & alia quaedam jejunia mundi Elementa, neglecta pietate & fide quae in agnitione Mediatoris Christi posita est) retinuisse: meminimus, nos Christianismum in Spiritu, cujus lumen apud Deum est, sectandum, & pietatem, ac rationalem Dei cultum, *ἢ νομοθετικῆς νόμιματις* praefereendum.

**JURISCONSULTUS**, magno usui erunt, quae de Legum auctoribus & interpretibus Zaleuco, Charonda & aliis: de sanctionum civilium religiosa observatione (de hac ficitum est Heracliti Ephesii Apophthegma, Cives non minus pugnare oportet pro legibus, quam pro moenibus. His enim carere urbs potest, illis autem non item) de legum multitudinè & mutatione: de *πολυτῶν* formis, praedictis, mutationibus, memoriae prodidit Diodorus. Cum enim, ut gravissime monet Thucydes, saepius eadem eveniant, circumstantiis tantum quibusdam mutatis, & vitam hanc bona ex parte regunt *Exempla*: maximo usui est Historia, Juris, quod scientiam aequi & boni esse ajunt, interpretibus, cum res a bonis & malis gubernatoribus domi, militiaeque, seu bene, seu male gestas, velut ob oculos proponat aspiciendas, & magnam copiam paradigmatum summi juris, *ἐπινομίας*, injustitiae, *ἄνομος* & aliarum rerum subministrat.

**MEDICUS**, non injucunda erunt, & narrationes Diodori, de Medicorum apud Aegyptios auctoritate, officiiis, deque remuneratione industriae & beneficiorum quibus Medici periri humanum genus afficere solent.

Omnibus autem in universum hominibus, inter alia multa de quibus historiae agunt, proderit confidratio exemplorum imbecillitatis hominum, & vanitatis ac inconstantiae rerum humanarum, de qua cum *alias* saepe, tum vero in historia Eumenis sapienter in hunc modum pronunciat Diodorus (L. XVIII, 59.) *τίς γὰρ οὐκ ἐν λαβῶν ἔνοιαν τῆς κατὰ τὸ ἀπορρηγνόν βίον ἀνομιῆς, καταπλαγῆν τὴν ἐν ἡμῶν τὰ μέγιστα τῶν πᾶσι παλιβαίων; ἢ τίς ἴσθι κατὰ τὸν ὄντορος θένοντος γενέσθαι, ἀναλίσσον φρόνημα μίσην τῆς ἀληθείας ἀδολογίας; ἢ γὰρ κούνησιν; ἢ ἀπὸ τῆς τῶν ἰσθίων ἀσυνέπειας, ἢ ἀλλὰ δὲ ἀνομιῆς τὴν καὶ κούνησιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἀδολογίας; ἢ γὰρ κούνησιν οὐκ ἐν γένει τῶν ἀνομιῶν, ἀλλ' ἢ μὴ πᾶσι ἐκ τῶν γινώσκον ἀδολογίας, διὰ καὶ τὸν ἰσθίων προσηκόντων ἐν τῆς ἀπορρηγνόν τῆς γὰρ τῶν πᾶσι ἀνομιῶν καὶ μεταβολῶν διαφέρει τῶν μὲν ἀπορρηγνόν τῶν ὄντορος, τῶν δ' ἀδολογίας τῶν ὄντορος.* Non gravabor hoc loco adscribere, Diodori verborum conversionem *ἡμετέρον*, quam meo rogatu eruditissimus vir, D. Petrus Monavius Vratlavienfis, *ἡμετέρας*; (cum haec scriberem) ob eximiam virtutem, gratissimus, conscripsit.

Quisquis es humanae qui tecum tempora vitae,  
Et cursum reputas mente sagax brevem.  
Nomen vides, quantis agitur cuncta ruinis,  
Atque habeat praefens vix fati hora fidem?  
Sic suprema imis miscentur, & ima supremis,  
Fortuna ambiguus fertque refertque viccis.  
Qui modo praesultri Rex effulgebat honore,  
Nunc miser e folio praecipitatus humi est.  
Nec minus e vulgi fuerat qui seibus ortus  
Mox sublime tulit sidera ad ipsa caput.  
Euripi hand toties huic illuc restitit unda,  
Sedibus est quoties fors variata suis.  
Eccequis erit tandem, quem nos stupor occupet ingens,  
Dum tot inaequales cernit ubique vices?  
Et quis adhuc blandae fortunae robore sisus,  
Altius humanis viribus ausit opus?  
Vita equidem cunctis quae vivitur, orbis ad instar  
Volvitur, & nullo est certa tenaxque loco.  
Hanc aliquis divum e numero, ratione gubernans  
Aternis tribuit nunc bona nuncque mala.  
Unde adeo mirum fuerit, non si quid eorum  
Eveniat, de quo spes bona nulla fuit:  
Sed potius (exempla docent ceu plurima?) Si non  
Hoc insperatum est omne quod acciderit.  
Historiam dignis igitur quis laudibus ornet?  
Haec vitae cunctis esse magistra potest.  
Casibus incertis dum corrigat illa superbos,  
Et sperare humiles optima quaeque jubet.

Dignissimum vero est memoria Diodori dictum quod extat in principio libri XIII. in quo temperamentum rerum bonarum & malorum sic describit, *δικαίως ἐν τῆς ἀπορρηγνόν ἀπορρηγνόν τὸν νόον τῆ κατὰ τὸν ἀπορρηγνόν βίον ἀνομιῆς, οὗτε γὰρ τῶν νομοθετικῶν ἀνομιῶν οὐδὲ ἀδολογίας ἐπινομίας ἀπορρηγνόν τῆς ἀπορρηγνόν, οὗτε τῶν κούνησιν ἀπορρηγνόν τῆς ἀπορρηγνόν.*

## AD DOCT. JOH. BRANDIS.

Plus aloe quam mellis habet vina humana: fit autem admirabili Dei providentia & ut mala *εὐχρησίου* quamdam admittam habeant, dum cautiores, modestos, humane fortis & rerum praeferitarum, ac bonorum quibus adhuc fruimur, memores reddunt: & ut bona non fiat ab omni parte absoluta, nec eorum *πλεονεξία* vel *χρησιμότης* hominem sui immorem reddant.

Et cum viris optimis non semper fortuna (hoc est, ignorantiae humanae *προσχημα*) & successus respondeant, proderit exemplum historicum de Spartiatis (qui duce Leonida, ad Thermopylas contra ingentes Persarum copias fortiter pro aris & focis patriae suae pugnantibus, occubuerunt) intueri, & memoriae mandare aureum illud Diodori epiphonema (L. xi, 11.) *χρη γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ ἀποτιλεσμένου κινήσει τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἀλλὰ διὰ τῆς προσδοκίας: τοῦ μὲν γὰρ ἡ τύχη κυρία, τοῦ δ' ἡ προαιεσι δεινότητάς.* Malim sane secundum Christianam pietatem dicere, *τοῦ μὲν γὰρ ἐστὶν ἡ κρίσις.* Hic enim perennis fons est omnis boni, hic solus largitur & moderatur *τὰ κατὰ φύσιν καὶ ἀποτιλέματα*, hic denique felix rerum minorum, mediocrium & maximarum momenta gubernat & dirigit ad gloriam suam (cui omnia servire vel eam ob causam aequum est, quia ipse sua solius causa omnia condidit, & a se condita sustentat & gubernat.) & ad humani generis utilitatem.

Equidem non ignoro haec & alia multa feliciter & Sacra Historia peti & cognosci posse: ut tamen Israelitis Aegyptiorum vasa aurea & argentea, Deo praecipiente, mutuo accipere, & eis tanquam suis uti olim licuit: ita eodem Domino etiam Ethnorum & exteritorum Historiographorum volumina nobis subministrante, his tanquam secundae mensae bellariis uti licet. Utinam vero Ethnorum quorundam virtutes incontinentibus non sit cur ipsi erubescamus. Scio omne id quod non est ex fide, peccatum esse: scio Aristidis, Palamedis, Phocionis, Socratis virtutes non caruisse naevis. Non ferit hoc dolendum iudico, quod vel umbrae virtutum majus in Ethnicis quibusdam studium fuit, quam nunc sit in multis Zelotis, qui se omnium Christianorum *προσέβηται* haberi volunt. Mirifice delector historia de Aristippo & Aeschine, inter quos cum ita, ut saepenumero fit, similitas nisi *ὁμομορφία* exorta esset, ac quidam illi dixisset, ubi nunc est illa vera amicitia? Respondit vir cordatissimus, eam dormire, paulo post autem a se excitandam. Ne vero cuiquam de Philopis male tum sentiendi, tum loquendi animam praebere: neve silentio malum, ut solet, in crudesceret, Aeschinem ultro convenit. Non, inquit, quamprimum redibimus in gratiam, & desinemus nugari? An potius (aut jam Erasmus verbis) expectabimus, ut i curris inter pocula de nobis loquendi materiam praebemus? Cui cum Aeschines respondisset se lubenti animo rediturum in gratiam. Memento igitur, inquit Aristippus, quod cum essem natu major, prior ad te venerim. Tum Aeschines, Naq tu profecto vir me longe melior es. Siquidem a me similitatis, abs te faciendae gratiae, vel initium. Hoc pacto redintegrata est inter illos amicitia. Quam bene consultum esse Ecclesiae Christianae, si nulli in ejus coetu visibilibus *ἀνισομεναι, παρρησια, ἀνιλεγομεναι* essent?

Verum enim vero istis ommissis, ad vos me convertam, viri clarissimi, & cur celeberrimo vestro nomini Diodori Bibliothecae historicae novam editionem, succulsiore hinc a me recogitant, inscribere *καὶ προσέβηται* mihi visum sit, paucis indicabo.

*Σὺν τῷ ἀρχιεπίσκόπῳ*, ait Ethnicus ille vates. Itaque cum de tua, Clarissime Juris utriusque Doctor, Joannes Brandis, erga germanum fratrem tum D. Joachimum, *Φιλοσοφίας καὶ Φιλολογίας* me super certiorum fecisses, utque cum *ἐν τῇ προσδοκίᾳ* *ἐμπροσθέν* tibi jungerem auctor mihi fuisses, iudicio tuo mirifice delectatus, vobis duobus Diodori & eorum, quos ei *κατὰ τὴν φύσιν* adjoinxi, Historicos libros nuncupandos duxi. Ut enim vos duo, non tantum stemmatis, patriae laudatissimae, familiae & propinquoarum culti, sed etiam virtutum & doctrinae ergo, dignissimi estis, quibus illustris hic Historiographus nominatim offeratur & dicitur: sic ipse vestro favore & patrocinio dignissimus est. *ἂν αὖτις τὸν ἔθνος ἔργα βίβλ. διὰ τοῦ ἔθνος.* ut habet veterum proverbium.

Est etiam alia, & ea quidem publica gravissimaque nostrae hujus dedicationis ratio. Digni sunt perpetua bonorum & eruditorum virorum tum benevolentia, tum commendatione & encomio, qui non ipsi tantum exactitate doctrinae *σπουδαίως* sunt, & ingenii optimarum rerum cognitione, & usu, alisque tum animi, tum corporis dotibus excellunt: sed etiam opum facultaribus, tanquam virtutum instrumentis divinitus ipsis donatis, aliorum studia liberaliter fovent, nec suae tantum aetatis hominibus, sed pro sua virili posteritati consulunt & prospiciunt. In eorum numero, cum familiae vestrae lumina, majores, inquam, vestri, excelluerint, & vos eorum vestigiis insistatis, praelucete vobis parente vestro, amplissimo, laudatissimoque viro, D. Joachimo Brandis, Consule inclitae Reipublicae Hildeshaeae, aequum est nominis & honoris vestri, in publicis Philologiae & Historiae monumentis, rationem haberi. Enim vero si magnus ille vester Patrum, D. Tilemannus Brandis, quem summa olim dignitate apud vos perfungeretur, in familiae suae gratiam usumque Arcem magnificentissime a se adificatam, villis, latifundiis, pagis, ac horum proventusque locupletatam, cognatis suis reliquisset, de familia sua (Dei optimi maximi beneficentia alioquin opulenta) bene meritis dici potuisset: At cum in celeberrima Ephordienſi Academia, Saxonicum Collegium, in gratiam piorum & eruditorum virorum, institueret: & a se institutum proventus annuis instrueret, petronum e familia vestra, velut Ephoron & Maecenatem praeficeret: praeciae meritis est, non tantum de ejus aetatis, quia ipse floruit, viris eruditus & piis, in eo virtutum & doctrinarum Gymasio versantibus, sed etiam de Republica literaria & posteritate tota. Proderunt enim e sacris illis Musarum aedibus, viri ingenio, facundia, & doctrina praestantissimi, quorum opera e fides in ea urbe, & alibi discentium studiis profuit, & in posterum quoque proderit. Audio hoc tempore ejusdem Collegii *ἀριστοὶ καὶ σωφρονιστὴν* manifestissimum esse, Parentem vestrum, cujus, ita ut ejus summa tum virtus, tum sapientia & auctoritas mereant, mentionem mihi faciendam ducere. Celebratur in fragmentis Diodori nostri, Cappadocum Regis eruditio, & erga doctos hospitalitas & magnificentia, elegantissimis hisce verbis (L. xxxi. p. 518.) *ὄντες, τὸν πατέρα τοῦ περιημένου καταλαβόντες, διδάσκον τὸν βασιλέα, τὸν τε ἑαυτοῦ λόγον τοῦ βίου ἀξιολογώσαντες ἰδιοπροβίως, καὶ φιλοσοφία προσερχόμενοι. Ἐξ οὗ καὶ ἡ παρὰ τοῦ ἑλληνικοῦ ἔθνος ἐπὶ τὴν ἑλληνικὴν πόλιν Καππαδοκίαν, τότε τὸς περὶ αὐτοῦ ἐβουλεύσαντο ἰβητικῶν ὄντων.* Commemoranda est & vestra tum *φιλομάθεια*, tum humanitas & beneficentia erga eruditos viros, & studiosos juvenes: & optandum ut Ephordiana Republica cum erga optimarum disciplinarum & artium promos & condos, ac horum auditores, *φιλόλογοι καὶ φιλοσοφῶντες* declarare pergat, quam olim urbs Attica hospitibus suis exhibuit, & cujus causa gravissimo testimonio ornata est, quod, in Oratione Nicolai Symcausani pro captivis Atheniensium, his verbis ei perhibijum est (L. xlii. 27.) *ἴσται μὲν γὰρ λόγον καὶ πειθίαν ἐν τῇ τύχῃ μετασχηματῆται, διὰ τὸν ἔθνος τὸν πατέρα τῶν κλεινῶν πατριῶν πατριῶν πᾶσι δαδόντες.* Et paulo post idem ait: *τίος γὰρ τίος τὸς ἔθνος ἑλληνικός ἐς πᾶσις ἑλληνικός τῆς Ἀθηνῶν πόλεως ἀποσπῶντες:* Cum in hac tristi confusione rerum humanarum, Cyclopum *νοσημάτων* barbaries & inhumanitas crearet, assiduis pecibus Dens interpellandus est, ut alicubi saltem doctrinae *ἐσθλας* & salutaris sedes constituat & conservet, nec dissipari patiatur Scholastica *μεμύρητα*, nec sinat extinguat lucem doctrinae, quae divinitus revelata est: *βέλους* etiam animos Gubernatorum

## JO. JAC. GRYNÆI PRAEF. AD DOCT. JOH. BRANDIS.

rum ad amorem & admirationem necessariae doctrinae, & ut benedicat, iis Rebuspublicis quae vera, sancta, utilia docentibus hospicia & haecyonia praebent.

Postremo, cum nos deceat *ὡς πατρὶον καὶ εὐφρανέμεν*, vitam est, consultissime D. D. Joannes Brandis, hac nuncupatione, non modo amicitiae nostrae, cui hospicii quidem jura *ἀποπέμπω*, virtutes vero & doctrina tua & morum suavitas, causam praebuere: sed etiam honori dignitatique Doctorali, qua nuper ab Amplissimo Juris consultorum Academiae Basiliensis Collegio, tuo merito ornatus es, ex animo gratulari. Sentio me singulari quadam leticia affici, si quando in publicis Academiae Basiliensis Professorum congressibus, video propria Dei providentia, velut in proscenium Reipublicae Civilis & Literariae produci Jurisconsultos, Medicos & alios pios & doctos viros, quorum opera, consilio, fide, Respublica cum fructu uti possit. Sic enim mecum ipse reputo, quemadmodum Deus operarios extrudit in messem suam copiosam, si quando fideles verbi Dei dispensatores oraculorum sacrosanctorum promos & condos, egregiis Spiritus sancti donis a se instructos, nobis praeficit, ut sint testes misericordiae divinae & dulcissimae *τῆς θρανίας* quam annunciat Evangelium: ita idem politicae vitae & tranquillitatis conservandae causa, Jurisconsultos, aequi, bonique ut peritissimos, sic etiam amantissimos, excitat, ut sint divinae justitiae praecoetes & testes. Medicos bonos & experientes ab Altissimo dari, cum sapiente illo, mihi persuadeo.

De te sine, Vir clarissime D. Doctor Brandis, praecura omnia & patriae tuae salutaria mihi polliceor: ac Deum aeternum precor, ut tuos, & fratris tui optatissimi D. Joachimi, consus, consilia, totiusque vitae periodum benedictione sua prospere dignetur, ad sanctissimi nominis sui gloriam, Reipublicae Hildeshaeae bonum publicum, & vestrae familiae decus & utilitatem. Amen. Basilae Calendis Aprilis. 1778.

Nominis & honoris vestri amantissimus,

JOHANNES JACOBUS GRYNÆUS.

### SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

## DN. CHRISTIANO, CHRISTIANI F.,

AUGUSTI N., HENRICI PR. DUCI SAXONIAE, S. ROMANI  
IMPERII ARCHIMARSALLO ET ELECTORI, LAND-  
GRAVIO TYRINGIAE, MARCHIONI MYSNIAE,  
BURGGRAVIO MAGDEBURGI, &c.

E T

### ILLUSTRISSIMO CELSISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,

## DN. FRIDERICO WILHELMO, JOAN.

WILHELMI F., JOHAN. FRIDERICI N., JOAN. PR. DUCI SAXO-  
NIAE, LANDGRAVIO TYRINGIAE ET MARCHIONI  
MYSNIAE, &c.

E T

### REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,

## DN. HENRICO JULIO, JULII F., HENRICI

N., ET HENRICI PR. HALBERSTAD. EPISCOPATUS PRAESULI:  
BRUNSVIC. ET LUNAEBURGENSIVM DUCI, &c.

DOMINIS S. CLEMENTISSIMIS.



**H**ISTORIAE LAUDATIONES VARIAE PASSIM, ILLUSTRISSIMI PRINCIPES, DOMINI CLEMENTISSIMI, apud magni nominis auctores existant, quae & dignitatem ejus magnificam, & militatæ amplissimas laudibus commendant. Sed inter omnes vix ulla est luculentior, quam illa POLYBIT scriptoris gravissimi, qui SCIPIONIS Africani posterioris, a quo Carthago, Imperii Romani aemula, funditus evulsa est, non præceptor tantum, sed perpetuus consiliarius, omniumque domi ac militiæ negotiorum socius fuit. Is enim historiam suam initio, hac illam oratione celebrat. QUOD NULLA HOMINIBUS AD VITAM RECTE INSTITUENDAM VIA SIT EXPEDITIOR, QUAM RERUM ANTE GESTARUM SCIENTIA. Quibus mox ista subiicit: HISTORIAE COGNITIONEM VERISSIMAM ESSE DISCIPLINAM, ET VELUTI GYMNASIICAM PRAEPARATIONEM AD RES CIVILES, COMMONEFACIIONEM DENIQUE DE ALIORUM CASIBUS ADVER-



# RHODOMANI EPISTOLA

*Etia sunt, & efficacius movent, quanto illustriores sunt personae a quibus deservuntur. Quocirca omnes, qui fructuosam laudabilemque in publicarum administratione rerum, operam navare volunt, convectos hinc animos, imitatorique oculos habent, ut quid pie & religiose, quid prudenter & forte, quid iuste & clementer, quid fortiter & modestè, quid fideliter & constanter, nec non quid contra, a quoquam institutum & perpetuum sit, accuratè considerent & expendant, idque ad hunc omnino finem, ut rectè consistat, dicta, & facta, vestius suis viris & dextre applicant: Vitioque autem & prave, turpiterque ac scelerate commissi, canis rabidi & anguis videritissimi morsu pejus, averterentur & deserviant. Verbi gratia; Cum in gubernatione hereticam prudentiam Iosaphi & Salomonis; in debellandis hostibus magnanimitatem Iosuae & Adacabaeorum; in emendatione vitas solutatem poenitentiam Davidis, Manassè, & Theodosii Magni; in precibus ad Deum fundendis ardentissimam invocationem MOYSEIS et ERECHIAE; amorem & studium iustitias in ARISTIDE; ingenuitatem MIGHTHY SICULI egregiam in administratione reuelae; erga devotos clementiam JULII CAESARIS & PHILIPPI; in deservione patriae contra hostes industriam & strenuitatem THEMISTOCLES & LEONIDAE; clementiam ALEXANDRI M. & SCIPIONIS AFRICANI; sinceritatem amoris fideique constantiam in JONATHA SAULIDA; beneficentiam erga Christi Ecclesiam CONSTANTINI M., CAROLI M., LUDOVICI PII, HENRICI AUCUPI, LOTHARII SANONIS, HENRICI LEONIS, aliorumque alias virtutes egregias, contemplantur animi generosi fieri non potest, quin mirifico emulacionis studio inflammentur. E contrario cum videret in monstris illis, & quasi abortibus naturae humanae, (quos Carcinomata & pestes humanae societatis merito appellamus) vitiorum ac scelerum humanitatem, ut exirentiam ANTOCHII, CALIGULAE & NERONIS impietatem; sacrilegium HELIODORI, CRASSI, PHRYLLI, BRENNI, AGATHOSIS rapinas; malignas, in capite tamem auctoris recedentes, ARCHITOPHEI fustiones; perfidissimam a patre desertionem, & incestus cum uxoris paterni commixtionem ABSOLOMI; horrenda regum ISRAELITICORUM & OTHOMANDARUM parricidia; crudelitatem inauditam JEZABELAE, MANASSIS, tyrannorum in Sicilia, JANI BASILII Mostrovarum ducti; ingratitudem & perfidiam PAUSANIAE LACEDAEMONII, SEPTIMI, POPILII, CASSII, BRUTORUM, adversus patriam, POMPEJUM, CICERONEM, JULIUM, optime de illis meritis; nefarios scelerisurum conatus, functiones quoque exitus, in gente Judaeorum, sub NERONE primus; deinde sub TRAJANO, & in collicite rasticorum, dante MONETARIO, & de genti alia: non toto solum pectore corroboratis animus ad virtutum namis & adfectibus; verum suae quoque fidei commisso, quantum in se est, a foeditate ac pernicie illa enormis transgressum ut avertat, strenue ac fideliter contendit. Quicquid enim in historiis legit & observat vir princeps, id tamem, ut caetera omnia, ad subditorum referre utilitatem. Nam ideo ad factorum exempla, causas, occasiones, consilia & eventus, itaque domestice & externae seu bellicae administrationis modum & rationem; animum attendi, non solum in ipse instructior prudentia, & virtutum exercitacione melior, evadat: Sed etiam, ut hoc studio conditio nem civium beatiorem efficiat. Haec ergo causa illa est, quae sapientes reipublicae gubernatores ex ultima inde memoria hinc usque movit & perpulsi, ut historiis aliis legendis, aliis etiam conscribendis, ingenium, operam & penam impenderent. Notum est, in populo DEX, quid MOYSES, SAMUEL, SALOMON, ESDRAS, Evangelistae, Apostoli, & qui his successerunt patres, Episcopi, Doctores, alique praecellentes viri, in historiis commendandis praefecerint. Nec obscurum quampetere inter Ethnicos, Aegyptiorum sacerdotes, Persarum monarchas, Graecorum & Romanorum principes quidam, elaborarint. Nec desini apud Germanos viri genere ac sapientia illustres, qui calamo vero gestas ad posteritatis memoriam ut transferrent, impendio studuerunt. Aque ut caetera praetercamus, quem fuit, quid nostris hoc seculo Imperatores Romano-Germanici ad historiae tractationem consulerint? MAXIMILIANUS certe primus, ejusque nepotes CAROLUS V. & FERDINANDUS, propeo etiam nominis ejusdem, historicos per totam Europam doctissimos aluerunt, magnoque in precio habere. Quorum vestigiis, RODOLPHUS II. Caesar Opt. Max. summa cum laude insistit: nec minus in hoc est, ut res gestae ad immortalitatem propagentur, quam ut orbem terrarum meritis factorum caelo aequandis impleat. Et quid moror, quo minus ad vestrorum, principis celestissimi, majorem in hoc studiorum certamine decora transfusum? Cum enim hic contra FRANCOS, NORMANNOS, HENETOS, POLONOS, BOHEMOS, BORUSSOS & LYONES armis res maximas gessissent, adeo ut nonnulli ex his Imperii Romani scepterum, ut HENRICUS AUCUPS, & tres desuper OTHOMOS, LOTHARIUSQUE SAXO & OTHO IV. alii dignitatem Electorum, ut HENRICUS superbus & FRIDERICUS bellicosus, promererent; in toga etiam conditis arbitris & castellis; sanctis legibus, consensibus & iuste administratis iudiciis; fundatis & proventibus date amplissima locupletatis Episcopatus, monasteriis & ecclesiis; ita patriae suae praesentibus, ut ad immortalem sibi gloriam nihil facerent reliquum: Interim rancu nulli aut rariissimi heroe ab illis facta digne posteritatis memoriae commendassent: haec tandem viam ingressi sunt, ut Academiae conderent, opibique ad haec idoneis ac necessariis dotarent: ubi tum caeterarum artium, tum etiam historiae disciplina perpetuo vigeret. Futurum enim pro sua divina sapientia praevidebant, ut aliqui inde exorirentur, qui sua & majorum praeclara facta sempiternas memoriae consecrarent. Tritatus ergo vester, Illustrissimi Saxoniae dnce, FRIDERICUS I. vere Sp̄s Apoc; ideoque bellicosus cognomentum adeptus, Lipsiensem Academiam, ex Pragae quo naufragiis collectam, in Adynia DEO & Musis dedicavit, hujusque promps FRIDERICUS sapient Fitebergensem in Saxonia fundavit, relictusque ad eam largissimos contulit. Quod successores ut fecerent, amplificarent, ornarent, nihil studii ac liberalitatis praetermissum. Avus debine tuus, FRIDERICE WILHELMO, princeps optime, JOAN. FRIDERICUS magnanimus, & pater inclitus JOANN. WILHELMUS tuus, cum fratre JOANNE FRIDERICO II. tertium in Tyringia Academicam lenae instituerent: ubi praeceperat aliis disciplinam, etiam historiae studium exercerent. Nec minore sibi beneficio reipublicam Christianam devinxit tuus, HENRICUS JULI, WELEIDARUM gloria, patris laudatissimus JULIUS; dum Helmstadtiannam, in amplissima Ducatus brunsvig, ditone, Academiam constituit: inque ea studium historiarum praecipue excolendum & amplificandum, ingenti cum fructu, curavit. Quod HISTORIAE JULIAE opus, auspicii ejus feliciter coepit, tuusque nitibus & impendit hucusque laudabiliter continuatum, satis superque declarat. Quam singulari aetate & mirifico amore HISTORIAE complexus si tuus, CHRISTIANI, Elector penesissime, avus AUGUSTUS, cum MAURITIO patris magnos, & genitor CHRISTIANUS, spemviri amos: sumptusque in SAXONICAE & MYSTICAE HISTORIAE conscripitionem fecerunt, luculentis reserunt. Quae majorem & parentum virtus, praeter generosiss. indolis vestrae, ad omnia Heroica excitatae, affectionem, ad ejusdem studii amorem & cultum animos etiam vestros exulsiat & inflammat. Quod cum res ipse publico veluti praecio hinc usque prociat, iustificacionem hic amplorem non desiderat an requirit. Id ergo, ut haec per aliquot intervalla annorum succum elaboratam a me DIODORI SICULI interpretationem scrupulosissimè cessidit, vestris munusculum, fiduciam non exigam injici. Utque hoc audierit, dnce potissimum castis effectum, primo adducit nec auctoritas bonitas & praesentia. Cum enim historiis universales ediderit, propter cujus excellentiam ab eruditae Graeciae antiquitate in magna aestimatae habitus fuit, & a Christianae etiam religionis scriptoribus clarissimis, ut JUSTINO MARTYRE & EUSEBIO, laudem non vulgarem consecutus est: Res etiam amplissimas, a nobilissimis orbis terrarum principibus, ut Aegyptiis, Assyriis, Persis, Graecis, Romanis, Carthaginensibus, aliisque gentibus, narratione differre-*



## D E D I C A T O R I A .

ma exponat: Varias praeterea rerum & personarum memorabilium descriptiones, & omnis generis virtutum & vitiorum exempla, cum eulogis & sententiis gravissimis subinde aspersis, continet: Ac providentiae rament divinae, rei mortalium universae insipientiae ac moderantiae, si quisquam inter Ethnicos scriptores alius, assertorem egregium sese praestet: quibus principum lectio dignum esse non videt? quod exemplorum demonstratione plenum foret, si modis praefationis non obscuraret. Non inconmodum tamen videtur pauca saltem delibari. Quam veridici fundio, & quam unanimi consensu, quam alacri virorum conjunctione, invictaque strenuitate Graeci partiam contra Xerxem in Graecia & Asia; & adversum Carthageneses in Sicilia defendunt ac tutantur! Quod exemplum utinam Germani nostri hodie contra Turcas, aliosque imperii hostes capitales, imitentur! Quam sanctum & exitiale, non civitatibus tantum illis, sed toti Graeciae, est bellum civile inter Athenienses primum & Spartanos, postmodum inter Lacadaemones ac Thebanos gestum! Hoc enim Graeciae, in viscera sua ferrens stringens, tandem viribus & opibus exhaustis, in Macedonum potestatem devenit, cum exterius omnibus hactenus invicta & formidabilis existisset. Quam misum vero abest, ne idem per intestina dissidia & concertationes mutuas nobis accidat? Quod tamen Deus clementer prohibeat, omenque veritas in melius. Quam infelicem eventum bella ex superbia & piconexia fiducia virorum, alii praeter meritum illata, fortiautur; an non fonda Xerxis fuga, & horrenda Atheniensium in Sicilia clades & occidio, abunde satis confirmat? Superbiam extremo odio persequi & radicibus exstirpare Deum, nonne evidenter PHILIPPI & ALEXANDRI Magni interitus tragico offendit? Dum alter imaginem suam inter XII. Deos collocat, alter pro Jovis filio adorandum se statuit. Et quanta naturae humane infirmitas sit, quanta fortis inconstantia, idem maxime conspicuum mortalibus praebet documentum; quando intra exiguum temporis spacium non ipsorum duntaxat potentia & majestas corrui, sed familia etiam ad interuentionem redigunt. Quam facile sit divinae omnipotentiae aliquem ex summo gloriae & potestatis culmine deturbare, ac redigere in nihilum, & rorrum alium ex infimo gradu ad celsissimum fastigium extollere, praeter jam memorata exempla tyrannorum in Sicilia Dionysiorum & Arabocelis historia luce meridiana claris facit. Sed pauca ista iam sufficiant. Tantarum igitur rerum considerationem principibus maxime convenire, extra dubitationem est. Nunc altera dedicationis causae indicetur, reliquum est. Apprime calcet mihi adhibuit gratiae referendae officium: Cum maximis clientelae vestrae DOMINI CLEMENTISSIMI beneficii obligationem me agnoscam. Nam in inarum Dux HENRICE JULI provinciarum una, Oberstorum videlicet sub Heleynis montibus terra, natus sum: ibidemque in Gymasio Ilfeld, liberaliter in pietate, Linguis & artibus eruditus institutus.

Deinde publicum in monasterio clemelae tuae Waterroda ecclesiam & scholam decendi ac gubernandi munus ad VII. annos feliciter & bea sustinui. Eximium denique favorem erga studia mea tuum ex indicis haud obscuris, jam pridem deprehendo.

Post haec in tua, FRIDERICE WILHELME PRINCEPS, & illustrissimi fratris tui germani JOANNIS, Domini mei clementissimi, Academia Jenensi, inter professores publicos electus, liberalitatem utriusque expertus suis mirificam.

A tua denique Celsitudine, CHRISTIANE, Dux & Elector Saxoniae illustrissimi ad hanc interpretis historici functionem in Academia Vieberg, adscriptus, post varias vitae meae jactationes, tanquam in portu studiorum, nunc acquiesco, & a benignitatis tuae iura suavissime recreatus, exoptata studiorum, ad usus juvenutis applicandorum, commoditate perfruor.

Proinde officii rei omnino esse iudicavi, si metaphoram hanc, cum suis corollariis, Ienae olim incoctam, & nunc Viebergae, post multas acrumnas & interruptiones, incunqae tandem absohitam, sub felicissimis auspiciis & clementissimo patrocinio Celsitudinum Vestrarum publicis nobis exponerem.

Per Altissimum igitur & Gratissimum sacra iuraque Clementiae Vestrae obsecro & oro, ut lucubrationes has meas non gravate suscipere, ac benevole approbare, meque ac studia mea etiam deinceps benigne complecti & fovete, ne desiquerint.

Deus opt. max. Celsu. Vestras cunctis animi corporisque & fortunae bonis ita cumulare atque beare velit, ut diutissime patriae patres, quales vos esse tot providentiae & benignitatis paternae documenta probant, superesse, valere, ac florere, ad insigne reipublicae Christianae emolumentum queratis. Valeat Domini Clementissimi. Viebergae, D. Gregorii, A. C. 1610. 16. cll.

ILLUSTRISSIMARUM CELSIT. VVV.

Subjctissimus Client & minister

LAURENTIUS RHODOMANUS.



# CANDIDO LECTORI

## LAURENTIUS RHODOMANUS

S. D.



**A**NI jam praeterierunt xxxvii. circiter, cum in Gymnasio Itheld. ad Hercyniae in Saxonia ex Tyringia portam sito; (quod tunc studiis & exercitamentis artium & linguarum, inprimis Graecae, antistite Neandro, informandae juventutis magistro & artifice dextrissimo, ita florebat, ut cum optime constitutis ac celeberrimis in tota Germania facile de palma certaret) Graecis litteris operam dabam. Inter caeteras autem studiorum commoditates etiam haec mihi contigerat, ut ex praeceptoris Bibliotheca, quam libris in omni artium genere instructissimam habebat, quicquid ad usum expectarem, assatum depremeretur. Venit tum, inter alios optinae notae auctores, in manus etiam DIODORUS SICULUS, non ita pridem ab HENRICO STEPHANO editus. Quem ubi primum legere coepi, dicere non possum, quantos in animo statim meo hic scriptor amores excitavit! in quam sui admirationem me rapuerit! ad eo, ut ex illo tempore, illum amare & magnificare, praedicare etiam, ubi occasio daretur, nunquam desisterim. Styli autem facilitas & elegantia, in quam tunc aetatis praecipue respiciebam, mirifice me capiebant. Sed affectio haec eo magis crevit & confirmata est, quo plus iudicii cum aetate & profectu in bonis litteris accedebat: maxime cum postea viderem, quanta rerum optimarum varietas in catholica DIODORI historia contineretur. Tametsi vero plurimum inter auctores classicos perpetuo tribuebam DIODORO: nunquam tamen interpretandi ejus cogitatio animum subivit: praesertim cum tot in eo non obscuri nominis viros elaborasse jam pridem animadverterem. Ideo nunquam huc operae aliqui contulisset, nisi doctissimus ille omnium nostro seculo Typographorum HENRICO STEPHANO provinciam hanc mihi commendasset.

Postquam enim Memnonis & Agatharchidae Eclogarum versionem, REINERI REINECCI, *voti incognitum* consilio & hortatu concinctam, censurae illius subjeceram: quam etiam tantopere approbavi, ut cum sua Persicoorum Ctesiae interpretatione brevi post in lucem emitteret: non per litteras modo, sed Bernhardum etiam Praetorium Hesselum P. L., ex amicis nostris intergrum: cuius in curandis meis ad opus peragendis opera uterbar; ad laborem istum suscipiendum enixe me instigavit. Quia enim vir ille ad bonos auctores cum typo vestissimum exprimentos, tum incubrationibus suis, & quibuscunque aliis rationibus posset, illustrandos, natum se ac praecleari divinitus instructum a summentis, intelligebat: fideiorem auctoris optimi interpretationem diutius a maxima studiosorum parte desiderari, non tolerandum sibi existimabat amplius. Et quid caesae est, cur nonnulla ex autographis Epistolarum ad me ejus non apponant? Ita vero scribit: „Cum de opusculis historicis a te veris, & de Q. CALABRO a te verso iridem, sermonem cum Bernhardo Praetorio (qui me tuis verbis Glesuarum accesserat) haberem: venit in mentem Diodorus Siculus, quem proferere novam interpretationem constat. Ideoque tum ego illi: Quid si vero in tam celebri scriptore, re vendendo Rhodomanus operam suam poneret? quod si in toto opere non posset, saltem in priore ejus parte id praestaret. Ego certe, nisi semper infinitis aliis negotiis distractus fuisset, jam pridem ipsentem istud unum subsistissem. Tanti scriptorem illum facio. Nec vero dubito, quin a te quoque maximi fiat. Quare tuum responsum non sine aliqua spe expectabo, &c. Francfordii April. xvi. Anni 1593. His nundinis ex officina meo proditit Socrates Graecolatina una cum VII. meis in ipsum Diatribis. Me brevitati studere (mihi alioqui perigrante) occupationes nundinales cogunt. Idem jam tibi dicere cogor Vale.“

Movit me tanti viri auctoritas, & publicae utilitatis consideratio tandem, ut operi maximo admoveerem. Et feliciter res successit. Nam intra pauculas hebdomadas in mythologicis (hinc enim exortus fueram) partem non exigam absolvi. Cum vero exemplari destitutus proprio, copiam ejus ut mihi faceret, rogarem, & liberaliter id mecum communicavit, & in hunc modum respexit:

„Mitto ad te exemplar Diodori, quum scribas a te repetitum esse, quod habebas. Et quum nolim te exemplaris penuria praestare non posse, quod te libenter praestitutum, & antea scripseras, & nunc quoque scribis, ad interpretationem ejus quod attinet. Multo autem magis mihi quoque illud placet, te interpretationem, quae tua sit, dare, quam veterem illam a te interpolatam. Sed multum tamen ab illa poteris adjuvari: nec video, quid obiter, quo minus, quae satis apte reddita erant, retineantur. Fore autem quod dixi, ut adjumento tibi sit illa vetus interpretatio, ex eo mihi persuadeo, quod locos aliquot mihi videat & *manus* legisse non incommode verfos. Nescio tamen an satis fidere memoriae hic debeat: & malo hoc integrum tibi relinquere. Ubi autem, quod mitto exemplar per N. N. Bibliopolum Iensenem, tuas in manus venerit, de hoc certior fieri cupio, simulque specimina tuae interpretationis diversorum illius scriptoris locorum accipere. Literas ad Syburgium mittes: qui eas mihi reddendas curabit. Verum & hoc scire cupio, an non aliqua exemplaria historiarum Ctesiae & Memnonis, quae ipsi Syburgio ad te mittenda desideram, acciperis. Ad Diodorum autem ut revertar, quomvis specimina interpretationis e diversis ejus locis petam, velim tamen aliquo in ordine librorum sequi: et prioribus libris prius operam dare. Vale Francfordii Martii xx. Anno 1594.“

His litteris ubi denuo mihi calcas additum erat, quae poteram contentione reliquam versionis mythologicae partem promovebam: nec prius manum de tabula, quod dicitur, quam colophonem tractioni imposuissent: quam his interim verbis STEPHANUS flagitabat.

„Eam interpretationis Diodori partem, cui jam manum ultimam imposuisti, sperabam me his nundinis accepturum. Ac fortassis aliqua in ea parte animadvertissem, de quibus meum judicium haud improbabiles. Sed voluisti fortassis ad nundinas proxime sequentes rem differre, ut non jam partem, sed potius totum mitteres. Quod libenter video a te factum. Ad Q. CALABRO quod attinet, si in thesauro tui praetermissus, consulto factum haud fuit, &c. Francfordii xv. April. Anno 1595.“

Desiderio igitur *voti incognitum* ut satisfacerem Antiquitatum Diodori v. libros a me conversos, pureque descriptos, illi transmisisti, in sequentibus nonnulli periculi a me factum significans. Quod tam gratum ei fuit, ut ad omnium deinceps librorum interpretationem me denuo sic invitaret. „Tuum interpretationem illorum v. Diodori Siculi librorum libenter vidi, sed multo libentius (ne quid diffimularem) vidissem, si adjunctos tibi vicinos suos habuissent. Cum tamen parvus ille librorum, quos misit, numerus initio mihi nullo modo satisfaceret, effectusque velut minimum valde sinenti poculum: satisficere propemodum coepit, postquam eas, quae hujus paucitatis affers, rationes & legi & expendi: ac praesertim cum ex iisdem litte-

# A D L E C T O R U M.

ris tuis, te jam in XIII. versari, intellexi: &c. Francordii XVII. Septemb. Anno 1795."

Hoc postremum ad me ejus responsum fuit. Nam plures dehinc viri hujus excellentiam non modo scrip-  
tiones, sed operas etiam nescio quod infortunium abrupti: eumque non multo post fatalis, & tunc Ger-  
maniae, multique clarissimi viris (inter quos etiam Commelinus, Typographorum a STEPHANO dili-  
gentissimus, erat) funesta laeae exlinxit. Quod in causa fuit ut & versionis meae v. laborum, STEPHANO ex-  
hibitorum, jacturam fecerim. Quae non nisi magnis laboribus & impensis deinde reparata fuit. Tunc vero  
novo quodam modo rem institutam resuscitare sum aggressus. Cum enim tempus interpretationis longius extra-  
dam iri, propter laboris adhuc residui magnitudinem praeviderem: ut maturius Auctorem, nova & melio-  
re (si possem) donatum laetitate, publicis usibus exhiberem: interpolandos sequentes libros aliquot mihi  
proposui: Et postrema libri XIV. parte facta initio, ad finem libri XV. flum deduxi. Nam superiora, a  
Vaticano interprete olim reddita, jam meam habebant versionem. At hujus me tandem operae tam poenitere  
quam pigere coepit: cum subinde hae cogitationes interpellerent. Ecquid tu tibi vis? Cui censuram in alio-  
rum opera tibi sumis? an non suam unicuique integrum relinquere, novumque pro tui ingenii viribus con-  
dere, fuerit honestius? Atque haec tandem ratio pervicax. Ad consuetum igitur versionis modum reverte-  
bar. Inter ea non deerant, qui me hortationibus suis, ut in pristino tenore perseverarem, animabant. Quos ut  
optime de meis studiis meritis nominem, grati animi religio hic jubet & impellit, ut fuerint inter litteratos  
& NEANDER ille optimus: qui donec in vivis erat, nunquam ad pulcritudinem quaeque opera me excitare  
ac promovere desistit. Cui viro si maximam profectus mei quantumcunque partem ascribam, quod iustitia  
& veritas maxime postulat, facio. Et proximus ab hoc, quod ad juvandi & ornandi mei rationes attinet  
DAVID CHYTRAUS & ~~prolixus~~; etiam ipse, dum Fata superstitem esse voluere, non praepceptoris tantum, sed  
etiam primarii amici benevolentiam ac studium mihi perpetuum declarans. Ad quos accesserunt illi Europae  
totius lumen, JOSEPHUS SCALIGER; & JOANNES CAESELVUS, philosophiae & Graecae Romanaeque  
Eloquentiae doctor in Academia Julia insignis. Nec inter politicos desinere, qui favore suo laboribus his  
meis sublevantem adspirarent. Inter quos merito primas obtinent tres viri magnifici & jurisconsulti clarissimi,  
D. DAVID PEFFERUS, D. MARCUS GERSTENBERGIUS, D. CHRISTIANUS DISTELMEIER  
septemviratus Saxonicus, Landgraviatus Tyringici, & Marchionatus Brandeburgici Electoralis Cancellarii  
sapientissimi, & praefatae de Republica merentes. Qui dum velut Atlantes insinatum illud amplissimae gu-  
bernationis caelum sustinent, litterariam simul rem magno studio in commoda, ut juvent, exornant, amplifi-  
cant, enutunt, & immortalam propterea apud omnes eruditas sapientiae colores observantiam atque  
gloriam promoveant. Musae equidem meae se plurimum his debere, non grata solum mente nunc agnoscunt,  
sed pia etiam voce in aeternum praedicabunt. Cum quibus merito conjungo D. JOHAN. GEORG. GOEDEL-  
MANNUM, & LUDOVICUM WILHELMUM MOSERUM, Illustrissimi Electoris Saxonicus consiliarios specta-  
tissimos; quorum ille consilii, eloquentia & dextritate, tum alibi tum in summis legationibus, operam  
navat praecelsissimam, suaque virtute & ingenii excellentia tantam apud RODOLPHUM II. Imperatorem Au-  
gustum, & summum in Orbe terrarum ~~potentissimum~~, sibi gratiam conciliavit, ut iure S. palati Caesarii Com-  
missus fuerit electus.

Hic industria, fidem, ac prudentiam suam, partim in Illustrissimi Saxoniae Ducis Augusti institutione,  
partim in aliis republicae muneribus, ita probavit, ut non tantum in amplissimorum Consiliariorum collegio  
locum obtinuerit: Sed intus etiam Camerariae Electoralis secretarius sit effectus. Uterque autem me studia-  
que mea favore ac patrocinio, ut semel complexi coepit, sic amare & juvare nunquam desinit. Mentionem  
igitur horum inter patronos eximios si non facerem, in sanctis Gratiarum leges peccare non immerito viderer.  
Quamquam vero his amicorum velut calcariis incitatus fastidique acclamationibus subinde roboratus, in  
curriculo feliciter coepto gaviser pergebam; nihil praeter optatam studii hujus metam habens propositum:  
variae tamen remorae intervennerunt: quae sub primum statim exordium, & caeteribus vix dimisso, & in me-  
dio cursu, tandemque circa finem ipsum, dum a mea ad carceres prope revertem est, impedimentum me retarda-  
runt. Bis enim publicum in Academia JENENSIS munus gerendum fuit; primum Decani, seu Agonothetae  
philosophici; Exinde magistratus, qui summus in Academiis existit: ubi tela haec per intervalla non  
exigua, interrupta fuit. Bis etiam fors mea, quam variis divina providentia vicibus mirabiliter versat, locum  
mutare interea me iussit: semel cum ad Gymnasii Strallundensis in Pomerania gubernationem accitus; iterum  
cum ad publicam Historiarum professionem in Academia Vitebergensium revocatus sum. Hic enim, post longam  
veluti jactationem, studia mea, sub Illustrissimi Saxoniae Electoris CHRISTIANI clientela benignissima,  
exoptatum invenero portum: ut vere cum Marone exclamare possim: *O Meliboe, Deus nobis haec otia  
fecit! Namque eris ille mihi semper Deus; illius aram saepe tener nostris ab oculibus imbutus agnus.* Nec parum  
rationes meas conturbavit discensus ex hac vita illorum qui ~~deturati~~ hujus operis esse debebant, STEPHANO  
nunc dico, & COMMELINUM. Hic enim post obitum illius editionem operis ultro in se receperat. Divina  
tamen bonitatis temperamento singulari factum est, ut quicquid est hujus lucubrationis Vitebergae tandem  
ad finem deductum, officium typographicam jam olim destinatum apud haeredes Wechelios CLAV. MAR-  
NIUM & JOAN. AUBRI FF., laudabilem rei litterariae operam navantes, tandem inveniret. *Apostrophe itaque  
& progressum operis, amice lector, habes.*

Jam quae interpretationis ratio sit requiris? Ea sane, quae ad amissum non exacta, nec omnibus numeris  
absoluta est. Procul enim abist, ut hanc mihi excellentiam arrogem. Quam cum invidiam libentissime illis  
concedo, quos divinis ingenii praeditos fortunatore Deus occasione beavit, quam me; qui eruditionis su-  
pellectilum, curam profecto & perexiguam, per maximam aetatis partem, inter difficultates vite perpetuas,  
hinc inde collegi. Satis autem mihi fuit, si dictionis forma, licet non pura omnino; (hoc enim in voto magis  
& conatu quam effectu mihi est) a natura tanta Latini sermonis non abhorreant, uterem. Nec accoties  
illorum mihi imitari placuit, qui meros crepantes archaismos, novum loquendi genus, ab inferis resuscitan-  
tem praenotidissima Romanae dictionis puritate, tot laboribus & curis, per decrepantem hae mundi fene-  
stram, a summis ingenii reparata, nobis obtrudunt; & cum elegantia Ciceroniana excellere nequeant, anti-  
quaria sibi nonvitate admirationem sui leviter ac stolidè affectant. Quibus ut omnes sane mentis studiosi ~~non  
paucis verbis dicant~~, totus fidelium magistrorum chorus, per elegantiores Musas oblectatur, atque fudet.  
At nec ad verba Auctoris ita me semper alligavi, ut liberius quaequam reddere interdum religioni mihi du-  
xerim: Non raro enim sententiam exprimere satis mihi visum: quom tamen interpretandi modum sic tempera-  
ravi, ut verba interim emphatica simul exprimerentur. Hic non pauca subesse ingenue fateor, in quibus nec  
tauti, nedum emanctae naris lectori, satisfecerim. Quam facile est in magno opere, ubi animus ad finem pro-  
perans ad ulteriora perpetuo advocat, aut minus commode vertere aliquid, aut praeterite, aut quovis alio  
modo allucinari & labi? Profecto si ad iustam examinanda trutinam singula forent, ad vitae prae terminum,  
quam tanti operis metam perveniretur. At defectibus & erratis, ubi occurrant, aequitatis studiosus veniam  
haud



# A D L E C T O R E M.

scopum non observavit, vel observatum alio transponere voluerit. Non enim omnes omnino conditiones ab Historia removendas censet: verum ab immoderata illarum immixtione ut abstinetur, monet, etque in loco necessarias esse probat.

Quam candidè vero agat cum Historico nostro, dum per annos Aegyptiorum menses eum intelligere, perhibet, judicent illi, qui non ex sua Diodorum sententia illud asserere, animadvertent. Quam iniquum vero est, propter vanorum aliorum persuasionem desiderium propinare lectoribus eum, qui inter alias narrationes etiam hujus mentionem facit? Censurae tandem de stylo, PHOTII de hoc ipso judicium ex Bibliotheca ejus subjunxisse, hoc loco contenti erimus. Quod κατὰ λέξιν Distinctione LX. pag. 51. Augustanae editionis sic habet: *Κρηται δὲ Φράσι περὶ τὴν καὶ ἀσέβη, καὶ ἰσχυρὰ μάλιστα περισσοῦ καὶ μὴτε τὰς, ὅς ἂν ἴστω τις, λαν ὑπερηφανοῦς καὶ ἀρχαιοτάτους δίκων ἐπιθέσει, μὴτε πρὸς τὸν καθολικισμὸν νέον πιστεύει: ἀλλὰ τῆ, μὴτε τὸν λόγον χρηματικῆς χάριτος: Φέρουσι τὴν τριπλάσι, καὶ τὰλλα, πλὴν τῶν πρὸς ἑλλησι μνημονορησάντων βίαις καὶ ἔργοις, ὅσα τὸ ποικτικὸν ἔθος νήπτει.* Hoc est, „ Dictionis forma perspicua, nec exquisitè ornata, quaeque historiam maxime decet, utitur. Et n. quae constructiones nimis ac supra modum Atticas persequitur, neque ad plane usu tritam devirgit: sed genere dicendi mediocri gaudet: tropicisque locutiones & caetera fugit: praeter fabulosas de Diis & Heroibus narrationes, quas gens Poetica sibi vindicat.” Jam arbitrium penes lectorem esto, utri majorem habere fidem malit. Bodinone, Graecas literas mediocriter intelligenti, an PHOTIO: qui tantum in omni doctrinarum genere facultatem consecutus est, ut de omnium fere scriptorum, aetatem illius antegressorum, stylo & argumento, extra omnem iudicii aleam, pronunciare non dubitavit.

Haec ergo sunt, quae praefationis loco, in lucubrations has meas communicanda tecum, Lector humanissime, arbitrar: ut aliquid tum de ratione ac forma interpretationis, tum de existimatione Auctoris tibi constaret. Tuum nunc est, piis votis gravisque studiis, huic nostrae operae favere, ac optime de te mereri cupientibus optima quaeque vicissim a Deo precari. Quo abs te impetrato, abunde magnam nobis gratiam esse relatum, profiteamur: Vale, ac frueere,



## ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΝ ΥΠΟ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΥ ΡΩΔΩΜΑΝΟΥ  
ΔΙΩΡΘΩΜΕΝΗΝ.

*Σ*ταδίῳ Διόδωρε, μέγα κλίε' ιστορίων  
 ἵσσοτε σέβη' ἐπίθω ἄττα παρζέμεν.  
 Καὶ πολλάς βίβλους ἀπλήξας, βιβλιοθήκῃ  
 ὄφρα σοὶ ἐκ πασάν ἢ μία βίβλ' ἔσθ.  
 Πολλὰ σέθεν ἔσθ' οὐδ' ἴσθ' ἔγραφε, πολλά δ' ἀπλήξας  
 αἰώνε' ἰσχυρὰ παραμύθια βίη.  
 Ἀλλὰ τὰ ἔσθ' Ῥωδωμαῖος ἰσχυρῶς μάλ' ἀμύνω  
 τῶν τὰ δ' αὖτ' εἰς Φῶς ἴσθ' ἔσθ' ἀπλήξαστα.  
 Νῦν εὖ κληθῆναι τούτῳ σέο βιβλιοθήκῃ,  
 ἑλλάδα τὴν εἶν' ἴσθ' ἀμύνω  
 ἑλλάδα τίς γηρὺν δὲ χει' ἑλλάδα βιβλιοθήκῃ  
 σφαλλομένην ὄφθ' ἔσθ' ἀπλήξαστα.  
 Ἡ καὶ Ῥωδωμαῖος, ἔσθ' ὄφθ' ἑλλάδα εἰσὶ  
 κείν, ὅς τῶν μνημόββλων ἔσθ.

Josephi Scaligeri, Julii Caes. F.

## IN DIODORI SICULI

BIBLIOTHĒCAM A LAURENT. RHODOMANO  
CORRECTAM.

*S*cellide Diodore, ingens decus Historiarum;  
 Oppida qui quondam multa vagatus adis;  
 Multoque evolvis libros: ex omnibus unum  
 Ut liber exisset Bibliotheca tibi.  
 Multa tui merisse, corruptis multa, laboris  
 Aetas, quae tacito robore cuncta domat.  
 Sunc ramenta a mendis quae acri Rhodomani opella  
 Vindicat, in lucem quaeque sepulta vocat.  
 Nunc opus hoc iterum tibi Bibliotheca vocetur,  
 Nunc Graejam linguam purius ista sonat.  
 Graejam quis linguam, Graejam quis Bibliothecam  
 Affricis purget justius a vitis,  
 Quam Rhodomani, habes sub cuius pectore templum  
 Graecia; mille quod est arca reposita libris?

\*\*\* Anonymo interp.

E L O .

# ELOGIA ET JUDICIA AUCTORUM DE DIDORO SICULO.

PLINIUS L. I. Hist. Natur.

*Apud Graecos desit mugari. Diodorus & ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΝ Historiam suam inscripsit.*

JUSTINUS MARTYR Prorept. p. 10.



Αἱ ὁ ἐπιδοξοτάτῃ δὲ παρ' ἡμῶν τῆς ἱστοριογραφίας Διδόρου, ὃ τὰς βιβλιοθήκας συντιμῶν ἐν τριάκοντα βλοῖς ἴσται, Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπῃ, ὡς αὐτὸς γέγραφε, ἀπὸ πολλῶν ἀκριβοῦς βιβλίων, καὶ αὐτῶν τῆς πλείστης γεγονότων, τῶν παρακείμεθα ἅλα τῆς αὐτῆς ἱστορίας βιβλία γέγραφε.



T qui apud vos historicorum nobilissimus est Diodorus, qui Bibliothecas in compendium triginta totis annis rededit; Asianque & Europam, quemadmodum ipse scriptum reliquit, propter exquisitam diligentiam peragravit, spectatorque rerum plurimarum XL. historiarum suae libros conscripsit.

EUSEBIUS Praep. Evang. L. I, 6.

Γράφει τοῖνυ ἀνοθε τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν Θεολογίας Ἀιγυπτίων ὁ Σικελιώτης Διδόρου, γιορμιώτατος τοῖς Ἑλλησιν λογιώτατος, ὡς ἀπὸ μίας συναγωγῆς παραγραμίας ἀπάσαι τῶν ἱστορικῶν βιβλιοθήκῃ.

AC Diodorus quidem Siculus, vir apud Graecae eruditissimi principes longe nobilissimus, quippe qui in unum corpus Bibliothecarum historiarum universam redegerit, antiquam Aegyptiorum Theologiam altissime explorus profsequitur.

EVARGIUS SCHOLASTICUS L. v, 24. Hist. Ecclef.

Καὶ τὰ μετ' ἐκείνους ἀνοθεῖς ἐργασίδια Διδόρου τε τῶ Σικελιώτῃ πεποιήται, τὰ μέχρις Ἰουλιῦ Καίσαρος, καὶ Διονῆ τῶ Καυσιῶ, γράφονται μέχρις Ἀρταίου τῶ ἐξ Ἐμύσης.

EA vero, quae post eorum historiarum gesta sunt, Diodorus Siculus & Dio Cassius literis mandarunt quorum ille usque ad Julii Caesaris tempora, hic ad principatum Antonini, ex urbe Emesa oriundi, historiam suam deduxit.

PHOTIUS Biblioth. Cod. LXX.

Α Νοηθέντα βιβλίον Διδόρου Σικελιώτῃ ἱστορικός ἐν λόγῳ μ., ἀκριβοῦς ἀκριβοῦς ἱστορίας. ἔστι δὲ πολλὰ φηλατότερον τῆ τε Κεφαλίων, ἐν οἷς τὸς αὐτῶς χρόνος συμβαίνει αὐτοῖς ἀναγράψαι, καὶ τῶ Μουχίου τῆ Ἰλλυθρίμ. κίχρηται δὲ Φράσιον σαφῆ τε καὶ ἀκριβοῦς καὶ ἱστορία μάλιστα περὶ τῶν, ὡς ἀρ ἴσται τις, λίαν ἱστοριογραφίας ἢ δεχαιοτρόπος διακοῦ συντάξαι, μετὲ τῶν καθομιολογῶν πῶν πωρταῖος, ἀλλὰ τῶ μί-

LEti sunt Diodori Siculi Historiarum libri quadraginta, universam orbis historiam complexi. Est Cephalone, ubi ejusdem aetatis res tractantur, longe uberior, sicuti & Helyschio Illustri. Dictione utitur perspicua neque adfectata, sed quae historicae narrationi maxime conveniat. Neque etiam, ut sic dixerim, nimium Atticissat, aut supra modum antiquarius est: neque contra ea ad humile dicendi genus se demittit, sed media



## ELOGIA ET JUDICIA AUCTORUM

dorus non uno hoc loco de se testetur. Sed non male propterea *Suidas*, qui sub Augusto vixisse dicit. Nam ad grandem pervenit aetatem, adeo ut ad medium usque Augusti principatum superfecit. Quod ita esse, optime ex eo *Scaliger* observat, quod memuerit bifexti Romani. Nec enim id nomen obtinuit, priusquam fastos correxisset Augustus. Natale illi solum Argyrum, sive Angryum, Siciliae oppidum, ut quidem vulgo legitur, apud Diodorum, vel potius Agryum, quod verum esse oppidi nomen, aliorum scriptorum consensu probat princeps nostrae aetatis Geographus, *Philippus Cluverius* in Sicilia sua antiqua. Scripti Diodorus Siculus *βιβλιοθηκὴ ἰστορικὴ*, sive, ut *Aristophanis* Scholiae vocat *τῆς ἰστορίας βιβλιοθήκη*, quam veterum alii *ἀπλῆς βιβλιοθήκη* vel etiam *βιβλιοθήκη* nominant. *Βιβλιοθήκη* vero appellavit, quia tractet historiam *καθολικὴν*. Agit enim de rebus Aegyptiis, Assyriis, Medicis, Persicis, Graecis, Romanis, Punicis atque aliis. Constabat vero opus hoc libris *xl.*, quorum argumenta ipse in praefatione recenset. Latine referre ero contentus: *Ex libris nostris primi quidem sex continent res ante Trojanum bellum gestas, eaque quae fabulis de seculo illo prodita fuerunt: atque horum priores tres antiquitates barbaricas: tres posteriores, fere Graecas comprehendunt. Undecim vero sequentibus res ubique locorum gestas a bello Trojano usque ad Alexandri Magni mortem descripsimus. Denique in tribus & viginti libris ceteras res gestas retulimus usque ad initium belli adversus Gallos excitatis quo Imperator C. Julius, cui res gestae Divi nomen peperere, plurimis & pugnacissimis Gallorum gentibus debellatis, imperium Romanum ad Britannicas insulas usque prolatavit. Quod vero continuo addit, cujus res principio gestae incidunt in primum Olympiadis centesimae & octogesima annum. Archonte tum Athenis Herode: id profecto verum non est, cum initium belli Gallici in tertium ejusdem Olympiadis annum incidit. Nihiloque verius est, quod subsuggerit de annis, qui intercedunt ab excidio Trojae usque ad id tempus, quo Bibliothecam ad umbilicum perduxerat. Vide, quae de eo idem *Scaliger* ad *Ensebiu* notavit. Et sane multa adeo sunt *ἐσθλὰ* Diodori in Olympiadum annis & Romanis magistratibus, ut plane verisimile sit, corruptis ac mutilis fastis esse usum. Sane hoc nomine non a *Bodino* modo vapari, sed ab ipso etiam *Sigonio*, *Stephano* item *Pigbio*, & aliis *χρονολόγοις*, saepe reprehenditur. Cetera si species, magna ejus *Φιλοσοφία* fuit, ut qui xxx. annorum operam in hanc fe historiam impendisse scribat in praefatione sua. Ubi & quanto veritatis studio laborarit, ostendit peregrinatione sua in Asia atque Europa. Namque periculis vel acerrimis nullis tertius fuit, quo minus loca ipsa lustraret, de quibus scripturus esset. Utinam modo nobis adeo opus integrum ad nos pervenisset. Nunc ex quadraginta libris solum quindecim existant; atque item pauca ex *Photio*, & aliis excerpta. Ex istis xv. ultimis, hoc est, vigesimus, desinit in anno Urbis *ccccxx.*, quo Consules fuerunt *M. Livius Dentex* & *M. Aemilius Paullus*. Sed ad *Julium Caesarem* pertigisse, credere oportet *Diodoro* ipsi; cujus ex praefatione verba paulo ante adduximus. Atque idem traditum est & ab *Euagrjo* Lib. v. cap. 24. Acquiri animo calculum tantam ferremus, si superessent *Berosus*, *Theopompus*, *Ephorus*, *Philistus*, *Callisthenes*, *Timaeus*, atque alii, ex quibus sua assiduo labore congerisset *Diodorus*. Sed nullis libris inviti magis caremus, quam illis, qui sequebantur *βίβλος μυστικῆς*, prout librum quintum ipse appellat *Diodorus*, quia eo de insulis agit. Quinque enim libri qui alteram decada proxime anteibant, fuerunt de imperiis Orientis, uade multum lucis accedere poterat sacris veteris instrumenti libris. Neque imponere debet, quod etiam sextum videas citari a nonnullis. Nam fecellit eos *Poggius* Florentinus, qui ante hos *clx* annos, postulato *Nicolai* v., magni, imo primi literarum vindicis, quiaque primos transulit: si quidem is bipartitum *Diodori* librum primum dispersit in duos: unde qui revera secundus, hic est tertius; qui tertius, hic illi quartus, ac par ratio in quarto & quinto. In tanta vero librorum *Diodori* jactura, qualicumque solatio est, quod ex deperditis *ἐκλογὰς* atque excerpta habemus, ut apud *Photium*, quaeque de legatis dedit *Fulvius Ursinus*; item quae ex codice Augustano juris publici fecit *David Hoefelius* ac vertit *Rhodomanus*: praeterea quae post editionem *Rhodomani*, ex collectione Constantini Porphyrogeniti *Henricus Valejus* edidit primus ac vertit & notis illustravit. Item fragmentum de Cleonide & Aristomene, quod una cum nonnullis *Polemonis* & *Himerii* edidit *Henricus Stephanus*: sed ne sciebat, esse *Diodori* Siculi, cui tribuitur in Florentino codice; unde in peregrinatione sua exscripsit filius meus *Isaacus*, ignarus tum, jam *Stephani* praeco prodidisse. Porro egregium hoc *Diodori* opus, nec *τοῖς ἔξω* *Su* modo, sed etiam *Justino Martiri* ac *Ensebio* laudatum, non caruit nostro seculo reprehensive foribus suis, seu rem, seu dictionem species. Rem ipsam culpae *Ludovicus Vives*, qui in quinto de tradendis disciplinis refert, nihil *Diodoro* nugacius esse: contra profecto quam *Plinius* judicaret, qui in Praefatione scripsit, cum *Graccorum* alii magnificis titulis superbiaut, *Diodorum*, qui *ἀπλῆς βιβλιοθήκη* vocat, primum omnium desisse tugar. Sed videmus, quid movent crudelum censorem, ut iniquum adeo iudicium ferret. Nemp enim unum hoc eum impulit, quod primis libris tradat *μυθικὴν ἰστορίαν*, sive, ut *Diodorus* ipse vocat, *καλαῖὰ μυθολογίας*. Atqui ipsa hac appellatione satis se purgat *Diodorus*. Adde quod istae hericoicorum temporum narrationes pro meris fabulis haberi minime debent. Nam verum is argumentum subest, sed fabulose quaedam admiscetur. Qua in re non modo *Palaeophati* res quae lucem aliquam adferunt, sed etiam comprobant, quae de Cataclysmo & turri *Babylonica* prodidere *Berosus*, *Hecataeus*, *Alexander Polyhistor*, *Hieronymus* Aegyptius, *Mnaseas* atque *Abydenus*. Nec movere debet, quod scriptores huiusmodi disconveniant in multis;*



## DE DIODORO SICULO.

tis; sed cogitandum, non temere esse quod conveniant in multis. Et sane, cum narrationes hujusmodi ab historia quidem originem capiant, sed tamen longo aevo, in ista ingeniorum varietate & vanitate, multum ex falso trahant, nihil mirum est, si in *μυθική* historia aliquis inveniat diffusus: ut in fabula de Phineo, a diis excaecato atque ab Harpyis devorato, quas alati Boreae filii, Zetes & Calais, cum ad eum in Argonautica expeditione divertissent, occiderint. Nam aliter multo, ac *Apollonius* & poetarum alii, narrat ista Diodorus Siculus Lib. IV, 44. & diversitatis hanc causam adducit: *καθόλου γὰρ τῶς παλαιῆς μύθου ἢ ἀπλῆν ἢ δὲ συμπυκνωμένην ἴσθαιαν ἔχον συμπέθεον.* In *priscis fabulis nulla simplex & per omnia consentiens sibi est historia.* Satis ista ostendunt, haud multo meliori fide agere potuisse Diodorem in rebus ab omni omnium historicorum memoria remotis: neque enim distinetur, praeci temporis historiam fabulis esse permixtam, & aliter atque aliter de iis veteres tradidisse: sed contentus est referre, quae veritati maxime consentanea esse putaret; ac ne sic quidem haberi ea vult pro usque quaque veris: sed fatuus putat, quomodocumque res praefatas posse, quam eas penitus ignorare. Quem admodum vero rem ipsam *Photius*, ita dictionem Diodori arrodit *Bodinus* in *Methodo historiae*. Quanto melius de eo censuit *Photius* Patriarcha *μυροβίβλος* suo cap. LXX, ubi usum ait *Φιδίου σαφῶς τε καὶ ἀκριβῶς. ἡ ἱστορία μάλα σαφῶς περιέχει.* *Dictione perspicua, nec nimium ornata, sed historiae maxime convenienti.* Addit, non affectate dictionem nimis Atticam, sed neque devolvi ad vulgarem & tritam dicendi formam, verum mediocri genere gaudere. Quae sane majoris, quam *Bodini* iudicium, fieri debere, nobiscum fatebitur; qui vel de *Aylo* iudicare per se possit, vel, quam exquilito in talibus iudicio *Photius* fuit, intelligat.

DE GOREUS WHEAR Method. Leg. Hist. Sect. xi.

*Diodori Siculi pulcherrimum elogium. Historiam scripturam varias regiones peragravit. Xenophonteam continuat historiam L. xv. circa fin. Inde Philippii Macedonias res gestas narrat L. xvi. Mox ad Alexandrum perit. et tertiae monarchiae institutionem describit.*

**N**Am licet (*Diodorus*) aliquot annorum centurias antiquitate Xenophonti cedat, in hac nostra tamen auctorum serie succedat velim immediate Diodorus Siculus, non unus de multis, sed celeberrimus scriptor, & cui antiquitatis cognitione vix habet Graecia, quem conferat, Quod quidem iudicio Theologi cuiusdam nostratis valde eruditi abunde confirmari potest, elogio illo, quo praeful admodum reverendus, & harum, imo omnis generis, litterarum peritissimus, super hoc Auctore usus est. *Laudatissimus cum primis, inquit, Auctor Diodorus Siculus, qui summa fide, labore immenso, cura & solertia singulari Historias construxit Bibliothecas, quemadmodum loquitur, Justinus Martyr, suas & aliorum in hoc genere operum, humanarum actionum buccinam, sed, ut ipse eas nominavit, commixta quoddam χρωματιζήσων & ἀκρίβως τῶ συμπύκνωσιν διδασκαλία.* Recte dixit, immenso labore, praeful doctissimus: nempe triginta annos, uti de se fatetur Auctor, huic scribendae historiae impendit, variis interim regionibus discendi gratia peragratis, periculisque, ut sit, obitis & superatis. Recte & ipse *κατὰ χρωματιζήσων.* Apud hunc enim varias antiquitates, *Aegyptiacas, Assyriacas, Libyacas, Persicas, Graecas*, aliarumque nationum res gestas ante bellum Trojanum summam prioribus quinque libris explicatas habemus, sicuti jam supra notavimus. Insequentes quinque videlicet ad undecimum, perire. Ab initio vero libri XI. ad decimum sextum eorum temporum historia, de quibus *Thucydides* & *Xenophon*, uti supra dictum est, scripsere, continentur. Extremo autem xv. historiam Xenophonteam continuare & quasi pertexere, haud temere dici potest. Ipse in fine ann. 2. Olymp. civ. ita expresse loquitur: *Hoc anno, inquit, Xenophon Atheniensis Graecorum, historiam cum Epaminondae inseruit concludit.* Atque inde pergit *Siceliota* ad annum 3. Olympiadis ejusdem, quo bellum Artaxerxis cum rebellibus Persis & cum Aegypto perstringit, ibidem etiam reliqua Agefilai facinora exponit: nec non utriusque mortem, Agefilai scilicet & Artaxerxis, cui in regno Persarum successit Ochus, denarat. Libro xvi. Philippii Macedonias, Amyntae filii, res gestas recenset ab ingressu in regnum ad vitae exitum usque: eodemque libro alia, quae per cognitatas terrae partes acciderent, commemorat. Istius libri xvi. historiam illustrare atque amplificare possunt *Corn. Neposis* Chabrias, Dion, Iphicrates, Timotheus, Phocion & Timoleon: quorum ducum praefantissimumque gesta haec tempora admodum clara reddidere, ab Olympiade cv. ad Olympiade cxii., a cuius anno secundo incipit Diodori liber xvii. Alexandri Magni egregia narrare facinora, & quomodo is Monarchiam tertiam instituerit, docere, videlicet Olympiade cxiii. Haecenas doctissimus *Whear*, quem & vide Sect. vii. p. 31.



## DE DIODORO SICULO.

Et quamquam dolendum est, in Romanis præcipue rebus, non semper accuratissime temporum calculum ponere, & nomina, ut queritur Dempsterus, corrumpere, pauci tamen scriptores vereres exstant, e quibus tanta lux definiendis temporibus & seriis rerum a Graecis & aliis gentibus gestarum affulgeat, quam e Diodoro, licet ne dimidia quidem pars illius operis ad nos pervenit. Exstant enim libri duntaxat quindecim. *primores quinque* nimirum & *undecimus, usque ad viceesimum.*

IV. *Primi quatuor* libri Theologiam resque antiquissimas & magnam partem ante Trojanas Aegyptiorum, Babyloniorum, Chaldaeorum, Indorum, Scytharum, Arabum, Aethiopia, Libycorum, Graecorumque persequuntur, & in his fabulosa quidem non pauca, sed inter gentes illas pro veris gestis atque Originibus iactata & credita: Liber *quintus* (*βίβλος πρώτων*) dicta ipsi Diodoro Insularum celeberrimorum origines & præcipuas antiquitates perstringit. In quinque proximis erat memoria totius vetustatis regnorum (*g*) Orientis, quae multum Historiae sacrae allucebat, tum Corinthiorum aliorumque Graecorum populorum, Romanorumque origines, & res per totum orbem gestae a Troja capta usque ad Xerxis in Graeciam expeditionem. Sed de illis nihil nobis praeter exigua fragmenta superest. Liber *undecimus* incipit a Xerxis in Graeciam irruptione Olymp. LXXV. 1. & Annalium more Historiam persequitur notatis ad singulos annos Archonte Atheniensi ac Romanis, quos minus quidem accurate digent, Consulibus, & ad singulas Olympiades Olympionicis, quam laudatissimam industriam in omnibus reliquis libris adhibet, & res ab illo, quod dixi, tempore per totum orbem gestas continuat usque ad tempora Philippi Macedonis, cujus temporibus liber XVI. & Alexandri Magni, cui liber XVII. destinatus, tum Alexandri successorum, quorum bella & varias res illorum aerae gestas, in tribus proximis libris exponit usque ad bellum, quo Antigonus ab acemulis Regibus superatus occubuit Olymp. CXXIX. Romanas res parce & breviter attingit Diodorus in libris, quos habemus, fustus disserit de rebus Carthageniensibus, quae in patria sua Sicilia contigerunt, fustissime de Graecis. In postremis viginti libris Historiae telam eodem modo perrexit usque ad Olymp. CLXXX. & bellum a Caesare contra Gallos gestum: sed ut dixi, illi jampridem intercederent excerptis eclogis nonnullis ac fragmentis ab H. Stephano, E. Ursino & H. Valesio editis. Ex libro septimo fragmentum de origine urbis Romae servavit Syncellus pag. 194. Dionem Diodori simplicem ac perspicuum Historiae congruentem laudat Photius cod. LXX. Contra acerbiore Bodini & Lnd. Vivis censuras eum defendunt Geth. Vossius ac Moeranus Vayerus Gallus de Hist. Graecis, & ante utrumque, Apologiam Diodori scripsit Henricus Stephanus.

